This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

A stack
v
184

~~XXXI. D.~~ 55
~~X. F.~~

Ex libris
Caroli Thomae Newton, I.C.D.
Ord. Balnei Eq. Com:
Academiae Oxoniensi
in usum archaeologiae studentium
D D D
amici quidam
in piam memoriam
viri illustris
MDCCCXCV.

Bound by
BIRDSALL & SON,
44, Wood Street.

302218747Y

743

A stack
V
184

XXXI. D. 55
X. F.

Ex libris
Caroli Thomae Newton, I.C.D.
Ord. Balnei Eq. Com:
Academiae Oxoniensi
in usum archaeologiae studentium
D D D
amici quidam
in piam memoriam
viri illustris
MDCCCXCV.

Bound by
BIRDSALL & SON,
44, Wood Street,
NORTHAMPTON.

302218747Y

DISSERTATIO EPISTOLARIS
DE
DIANA ΛΥΣΙΖΩΝΩΙ

QVA
VIRO ILLVSTRI AMPLISSIMO ET
CONSVLTISSIMO

NICOLAO STAMPEEL
I. V. D.
INCLYTAE REIP. HAMBVRGENSIS SENATORI
GRAVISSIMO MERENTISSIMO

NVPTIAS
A
VIRO NOBILISSIMO AC SPECTATISSIMO

NICOLAO PERSENT
MERCATORE FLORENTISSIMO INTEGERRIMOQVE
CVM
IPSIVS FILIA NATV MAIORE
NOBILISSIMA DECORE IVXTA AC VIRTVTE
LECTISSIMA VIRGINE

ANNA ELISABETHA STAMPEEL
CELEBRANDAS
FELICES VOVET FAVSTASQVE
M. IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER

HAMBVRGI
EX OFFICINA IOHANNIS GEORGII PISCATORIS
CIƆ IƆ CC XXXV.



VIRO
DIGNITATE AMPLISSIMA MAXIMISQVE MERITIS
ILLVSTRI
NICOLAO STAMPEEL

S. D. P.
IVLIVS CAROLVS SCHLAEGER.

Duo ſunt potiſſimum, quae virum, ad reipublicae ſedentem gubernacula, provehunt ad illud dignitatis, ut, ſi non ab omnibus, a bonis ſaltem cordatisque civibus, immo ab exteris quoque, inter optimos cenſeatur nobi-

liſſimus, & inter nobiliſſimos optimus, meritorum magnitudo, & egregia in omni ſermone humanitas: quorum illa, multo labore, nec paucis vigiliis, parta, amplificata autem publici amore haud infucato & indefeſſa virtutis cultura conſervata, hominum mentibus venerationem ergo eos neceſſe eſt injiciat, apud quos ipſorum & conſervationis, & commodi, & ſalutis defendendae vident excubare ſollicitudinem adeo mirabilem; haec vero, qua nihil dignius magno & praeclaro viro, mortalium permulcens animos & invitos veluti trahens, ut, quem diligentiſſime obſervant, carum quoque habeant inque oculis ferant ſuis, efficit. Quicquid enim excellit, id praeter juſtam venerationem habet quoque amorem tantum non omnium. Quae quum ita ſint jure meritoque, VIR ILLVSTRIS, ea voluntatis inclinatione in TE propendent cuncti, ut non ſolum ſumma TE colant obſervantia, ſed toto etiam complectantur pectore, perſpecta Tua expertaque virtute obſtupefacti. Sive enim praeconia ſpectent eximia, quibus ſanctitas, prudentia & dignitas Tua veniunt decorandae; ſive ſerenam illam cogitent hilaremque frontem, qua adeuntes ad TE ſueviſti excipere: niſi aut ſtupiditatis ſuae documentum exhibere volunt luculentum, aut perfrictae frontis incurrere longe foediſſimum crimen, colere TE maxime, cultumque certatim amare eos oportet. Taceo, quantum TIBI ſit curae ſordique urbis patriae incolumitas, quam non ex ſenſu Tuo, ſed ipſius metiris ſalute, adeo, ut non modo nullas captes, ſed praetereas quoque utilitates privitas, civium tantum ſerviturus & commodo, & gloriae. Silentio quoque praetereo, quae in ea conſtitutus aetate, qua hominum pars maxima laboris ſibi fingunt conceſſam miſſionem, ſuſcipias onera curasque exedas, ut in rerum omnium abundantia, in tranquillitate & ſummis felicitatibus, vitam degere queant cives, quibus TIBI nihil carius, aut dulcius. Nec commemoro, quantam quamque uberrimam hac ratione TIBI collegeris meritorum ſegetem; quippe haec ſumma eloquentiae gloria floreſcentem requirunt Ciceronem. Hic enim, quemadmodum doctrinae non dicam copia ſapientaque, ſed in patriam quoque pietate a TE, MAECENAS BENIGNISSIME, ſuperatur: ita ſolus aptus eſt cenſendus natusque, qui ex proprio, de his viri ſummi dotibus quem habuit, ſenſu virtutes Tuas, eleganti ornatas ſtylo, ad poſteritatem transmittat. Quanta quanta autem mea diſerte dicendi eſt imperitia: tamen in eo temperare mihi nequeo, quominus levi ſaltem penicillo pingam animi Tui propenſionem in litteras non ſolum eas, quae in foro perſtrepunt, aut hominum ſocietatis regendae complectuntur praecepta, ſed eas etiam, quae alunt juventutis annos, virilem aetatem ornant, quibusque ſenes delectantur;

verbo, humanitatis ſtudia. Crebra multorumque ſaeculorum animadverſione ſi eſt perſpectum, non niſi a viris vere maximis harum artium dignitatem defenſam, florem vero eſſe auctum ſtrenue; ſicuti praeter complura alia BRISSONIORVM, CVPERORVM, ELLYSIORVM, GROTIORVM, SPANHEMIORVM, &, quorum primo loco honorificentiſſima mihi facienda erat mentio, ANDERSONIORVM, comprobant exempla illuſtria: ſummi ac perfecti viri honores TIBI, VIR AMPLISSIME, deberi in diſputationem quis rapiet, aut plane negabit? Artes certe haſce ingenuas, &, ſi ita loqui fas eſt, propemodum divinas, ab ineunte aetate coluiſti, cultas in peregrinationibus per politiſſimas Europae regiones auxiſti, auctasque longinqua annorum ſerie ita amplificaſti, ut ne nunc quidem in venerabili illa ſenectute eorundem depoſueris amorem; ſed ingraveſcentibus annis levamentum, & ſolatium viduitati quaeras ex eorum monumentis, quos curata ingenii cultura ab occaſu vindicavit & interitu. Neque hic conſedit intenſiſſimus Tuus bene, quid? immortaliter, de his ſtudiis promerendi ardor. In eo quoque vehementer laboras, ut & indies majora laetioraque capiant incrementa, & eos, qui iisdem operam addixerunt ſuam, hortationibus ad majora ſollerter audenda incendas praemiorumque evoces mercede. Neque aliter fieri poteſt a TE, VIR ILLVSTRIS, quandoquidem ingenii Tui magnitudo, conjuncta cum rei communi inſerviendi ſtudio non minori, deſiderat, ut melioris diſciplinae ſuſcipias patrocinium. Quemadmodum enim hae litterae, ab ipſa humanitate nomen conſecutae, magnam & ingentem utilitatem omnibus eruditionis partibus afferunt, adeoque hominum generi multum ſunt fructuoſiſſimae: ita Tuae ſortis viri excellentes, & ipſi his imbuti deliciis, non mediocrem conſumunt operam, ut praemiis propoſitis quamplurimos invitent, qui in commune omnium commodum manſuetiorum Muſarum conſervent augeantque ſplendorem. Eorum, qui ſub Tuis auſpiciis Tuisque exornati muneribus ampliſſimis periculum fecere in hac palaeſtra, cum ſuo non minus ac publico bono, magnum teſtarer agmen, niſi haberem perſuaſum, nefas mihi eſſe ejus rei probationem ab aliis arceſſere, cujus ipſe ſum teſtis oculatus. Quamvis enim homo peregrinus ſum atque alienigena, nec ullis conſpicuus meritis: tamen, quum fama me TIBI ſtitiſſet qualemcunque optimarum diſciplinarum cultorem, ſimulac TE venerari e propinquo dabatur, in Tuam me recepiſti fidem & beneficio non mediocri collato calcar addere voluiſti, ut eo alacrius in coepto progrederer itinere: ut adeo habeam, quo glorier, me venientem primum in conſpectum Tuum, & viſum a TE, illico Tua

victum eſſe munificentia. Hujus igitur ponderanti magnitudinem beneficiique modum conferendi longe liberaliſſimum, nihil exoptatius accidere poterat, quam occaſio ut exhiberetur quantocyus publice declarandi, TE clientem fovere eum, qui gratam in bene meritos voluntatem in virtutibus reputat primariis. Quae inſperata inopinataque quum ſeſe hoc te mpore mihi offert: videor & hac in parte fortunam habere faventem; quoniam non ita multo poſt acceptum beneficium, pietatem cum TVI veneratione ſumma conjunctam quodammodo probare conceditur. Nuptialem ſolemnitatem *Vir Nobiliſſimus ac Spectatiſſimus*, NICOLAVS PERSENT, in quo utrum prudentiam magis laudem, an pietatem ceterasque viri probi, quibus excellit, virtutes praedicem, dubius haereo, jamjam celebraturus eſt cum filia Tua natu majore *Nobiliſſima lectiſſimaque Virgine*, ANNA ELISABETHA STAMPEEL, non minori corporis venuſtate praedita, quam mentis piae ingeniique erecti dotibus condecorata. Adſunt, qui in tua vivunt clientela, accurrunt certatim pio incitati affectu, ut bona laetaque ominati vota pro Tua, pro Tuorum & felici ſidere nuptorum abſoluta eaque perenni incolumitate nuncupent piiſſima. Huic igitur turbae, laetitia exſultanti, ut me quoque, qui viribus cedo multis, pietate autem nemini, immiſceam, patere pro inſigni Tua humanitate, FAVTOR OBSERVANTISSIME COLENDE: nec aſperneris tenue munuſculum nuptiale, a priſcis Graeciae Latiique incolis mutuum ſumtum, quod more Romanorum devotiſſimi clientis partes quodammodo expleturus pia pariter manu ac mente offerre ſuſtineo. *Dianam* TIBI ſiſto *Cinxiam*, mea qualicunque opera ex denſiſſimis oblivionis tenebris, in quibus diu multumque delituit abdita & veluti ſepulta, ita erutam, ut non modo in ejus inquiſiverim origines, ſed etiam ſingula momenta cultus, a vanae religionis ſectatoribus ipſi exhibiti, rimatus uniuscujusque cauſſas atque rationes, quantum in illa rerum antiquarum ignoratione fieri potuit, exhibere fuerim niſus; utinam conatu non prorſus irrito. Equidem fore complures, qui levem hanc materiam judicabunt, nec ſatis dignam Tua viri ſummi perſona, non tam conjicio, quam potius pulcre praevideo. Verum, in iſto vaſtiſſimo antiquitatum, cum orientalium, tum Graecarum Romanarumque, corpore nulla fere ſi occurrit particula, quin nunc optimorum ſcriptorum, nunc ſacri codicis pandat ſenſum; ſi illos pulcrum, hunc vero juſtum eſt aequumque intelligi ab hominibus litteratis & Chriſti ſequentibus caſtra; ſi denique Diana haec noſtra a ſacris nuptiarum ſolemnitatibus, in quibus olim ejus viguit cultus, minime eſt aliena: a Tua, VIR ILLVSTRIS,

acqui-

aequitate &, quo in hoc ſtudiorum genus ferris, amore aſſenſum & contra ſecus ſentientes tutamentum perinde ac excuſationem, ſicubi homo, nihil humani a me abeſſe arbitratus, dormitaverim, quam certiſſime mihi promitto atque ſpondeo.

Quemadmodum Dianae inter iſtos deos conceſſus erat locus, quos ajunt propterea dictos *conſentes*, quod Iupiter eis in concilio, in quo de imperii caeleſtis deliberabatur ſumma, uſus fuiſſe perhibetur veluti ſenatoribus: ita eadem dea id quoque cum ceteris hujus conſilii adſeſſoribus habuit commune, ut non pauca ſortiretur cognomina. In his illud Λυσιζώνη, quod nobis ſumſimus illuſtrandum, unum fuiſſe ex primariis, qui jamjam dicenda perpendet, haud diffitebitur. Et ſane cognomine hoc non infrequenter appellatam fuiſſe, extra omne dubium vetuſtatis reliquiae ponunt. Vt enim PHVRNVTVM (a) mittam, HESYCHIVM, SVIDAM aliosque non paucos, quorum teſtimonia in ſubſidium paſſim infra adhibebimus, ita nominatur & a THEOCRITO (b):

> Ἔνθα γὰρ Ἐιλείθυιαν ἐβώσατο ΛΥΣΙΖΩΝΟΝ.
>
> *Ibi enim Dianam invocavit SOLVIZONIAM.*

& ab ORPHEO (c):

> Ὠδίνων ἐπαρωγὲ καὶ ὠδίνων ἀμύητε
> ΛΥΣΙΖΩΝΕ.
>
> *Partubus adjutrix & partubus expers,*
> *CINXIA.*

Quid? quod Athenienſes fanum, religioſo Dianae Cinxiae cultui ſacrum dedicatumque, feciſſe in ipſorum urbe, APOLLONII *Rhodii* enarratores antiqui (d) docent. Hujus igitur cognominis nunc perſcrutaturus verum genuinumque ſignificatum ſupervacaneum cenſeo, quanam ex conjunctione ſit factum, indicare; ſiquidem eorum, qui vel a limine ſalutarunt elegantem non minus quam utiliſſimam Graecorum linguam perſuaſum habeo fore neminem, quin primo

---

(a) De *natura Deorum* cap. 34. pag. 232. *Opuſcul. Mythologic.* quae THOM. GALE Amſt. 1688. edi curavit.

(b) *Idyll.* XVII. v. 60.

(c) *Hymno in Dianam* v. 4. p. 132. edit. Eſchenbach.

(d) Ad *Argonautic.* lib. I. v. 288.

primo intuitu id ſtatim animadvertat. Cave tamen credas, hac ratione interpretationis negotium omne jam perfectum eſſe atque abſolutum. Quum enim vocum notiones ſubinde pateant quam latiſſime, quod in Graeco praeſertim ſermone non rarenter fieri conſtat: hinc contingit, ut dictiones compoſitas non ſtatim intelligamus, ſimulac, unde coaluerint, perſpeximus. Exempli loco vocabulum eſto, quod interpretari conamur. Τὸ λύεσθαι quidem nullum faceſſit negotium. Nam ſolvendi notione nunquam non legitur: neque ullam, ego quantum diligentiſſime indagando potui reperire, mutationem patitur, ſive proprio occurrat ſenſu, ſive etiam translato. Ita, quum de ſervo, de aenigmate, de vino, de freno dicitur, *liberandi, explicandi, diluendi, remittendique*, ex illa *ſolvendi* notione deſumtas, retinet ſignificationes. Huic videtur obſtare obſervationi, quod nude poſitum quandoque denotat, *navem depellere.* AESCHINES (e): ΛΥΣΑΝΤΕΣ ἐκ Μυνυχίας: *depellentes navem ex Munychia.* Quo ſenſu ſaepiſſime quoque in Latinis libris occurrit τὸ *ſolvere* (f). At, ubi in Graeco ſubjeceris ναῦν (g), in Latino vero *navem*, omnem dubitanti eximes ſcrupulum. Elliptica quoque eſt, apud EVRIPIDEM (h) obvia, phraſis, γάμους λύειν βροτοῖσι, *nuptias utiles eſſe mortalibus.* In ea enim ſubaudiendum eſt τέλη; quemadmodum plene dixit SOPHOCLES (i):

- - φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ ΤΕΛΗ
ΛΥΕΙ φρονοῦντι.

- - *Sapere quam eſt grave, ubi non utile*
Eſt Sapienti.

Eſt vero illud λύει ſcil. τέλη, ut SVIDAS (k) animadvertit, ἀντὶ λυσιτελεῖ, *pro conducit, expedit*, modo loquendi a vectigalis mutuato ſolutione, quam qui, ut aequum eſt, praeſtat, multam effugiendo ſibi eſt utilis. Ex quibus apparet, vocis

(e) *Epiſt.* I. *ad Philocratem* ſub initium pag. 205. Operum Demoſthenis edit. H. Wolfii.

(f) Exempla dabit FRANC. SANCTIVS *in Minerva* lib. IV. cap. 14. p. m. 609.

(g) Nonnunquam, ſimili ſenſu, iſta ellipſis expletur, quum addideris τὰ πρυμνήσια, quemadmodum Cl. CHRIST. SCHOETGENIVS in antiquo Syneſii codice, Lipſiae qui ſervatur, invenit. Vide eum *in notis ad Lamb. Bos ellipſes graecas* pag. 172.

(h) *Alceſt.* v. 627.

(i) *Oedip. tyrann.* v. 224. ſq. Conf. IOS. BARNESIVS *ad Euripidis* Med. v. 566.

(k) Ad quem, quae LVD. KVSTERVS notavit, videnda ſunt.

vocis λυσίζωνον ſenſum amplius non fore obſcurum, ubi, quid ſignificet ζώνη, perſpexerimus. Verum enim vero, quo anguſtioribus circumſcripta eſt limitibus τοῦ λύεσθαι ſignificatio, tanto patet latius dictionis poſterioris acceptio (l). Ζώνη quidem, quum proprie ſumitur, tam Graecis Latinisque, quam orientem ſolem ſpectantibus populis illud inſtrumentum dicitur oblongum, quo antiquitus præſertim viri feminæque veſtimenta laxiora conſtringentes, ut ad talos imos ne defluerent, cavebant. Ex uſu vero hujus inſtrumenti, quem præſtabat, vario varias accepit ſignificationes vocabulum, quo illud indicabatur. Non ſolum enim *armorum* (m), *belli* (n), *militaris dignitatis* (o), *honoris cujusvis* (p), *fortitudinis* (q), *imperii* (r), *argentique* (s) ſignificatus ipſi in veterum

(l) De multiplici ejus ſignificatione diſſerit DAN. FESSELIVS *adverſ. ſacr.* lib. V. cap. 9. & praeter eum Celeb. WILH. ERN. EVVALDVS, vir in humanioribus non minus quam divinis literis verſatiſſimus, *Emblemat. ſacr. miſc.* lib. IV. exercit. 8. pag. 494. ſq.

(m) Vid. HOMERVS *Iliad.* δ'. 186. ψ'. 683. & alibi paſſim. MARTIALIS lib. XIV. epigr. 32. Arabes quoque ſuo حزم, quod proprie *cinxit* l. *cingulo cinxit* notat, ita utuntur, ut in conjugatione octava ſignificet *armis accinctus fuit*. In eorundem ſermone حقاب tam *zonam ornatiorem*, quam *loricam brevem* ſignificat. Vid. IACOBI GOLII *Lexicon Arabicum* pag. 238. & 606.

(n) Conf. *Bibliothec. Lubecenſ.* Tom. I. p. 278. Vnde procul dubio petenda erit ratio, cur Marti, deo bellico, ea hoſtiarum pars, quae *cingulum* dicebatur, ſacra fuerit olim atque immolata; de quo more conſulendi POLLVX *Onomaſt.* lib. II. ſegm. 166. & FVLGENTIVS *Mytholog.* lib. III. cap. 7. pag. 120.

(o) Vide ſis PHIL. CAROLI *Animadverſ.* lib. I. cap. 11. & FRID. TAVBMANNVM *comment. in Plaut.* p. m. 773.

(p) Loca veterum, huc facientia, diligenter annotarunt IO. BAPT. COTELERIVS *not. ad eccleſiae Graecae monumenta* Tom. I. pag. 753. ſeq. CASP. BARTHIVS *adverſar.* lib. XXIX. cap. 2. PAVL. VOET *ad Callimachi hymn. in Apollin.* v. 85.

(q) Hac de cauſſa *discincti* dicebantur homines effeminati & molles. HORATIVS lib. V. Od I. v. 34. PERSIVS *Satyr.* III. v. 31. Confer IO. HENRICI MEIBOMII *vitam Maecenatis* pag. 118. ſq.

(r) VALER. FLACCVS *Argonaut.* lib. III. v. 342.

- - - *galeam dilectaque cingula regni*
Injicit.

Et EZECHIEL. cap. XXIII. 15. deos Chaldaeorum ſcribit: חגורי אזור במתניהם סרוחי טבולים בראשיהם מראה שלישים, *accinctos cingulo lumbis ſuis, redundantes coloris ad capita, ſpecie ducum* fuiſſe. Niſi me fallunt omnia, vates his verbis deſignat numina iſta Chaldaeorum, Graeco nomine quae vocabantur ζωναῖοι. Sueverat ſcilicet ſuperſtitioſa iſta prae reliquis natio deorum ſuorum turbam in ζωναίους diſpartiri atque ἀζώνους: quorum illos, numero ſeptem totidemque inhabitantes caeli regiones, mundi tenere credebant imperium, in cujus rei ſymbolum ſigna ipſorum cingulis exornabant; licet haud iverim inficias, reſpexiſſe etiam Chaldaeos hac in re ad ſeptem zonas caeli, τῶν ζωναιῶν habitaculo deſtinatas. Ἄζωνοι contra iis erant, dii,

rum monumentis ſubjiciuntur: ſed ſubinde etiam & *itineris* & *virginitatis* & *partus* fuit ſymbolum. Expendenti autem omnes hos ſignificatus atque cum veterum de Diana fabulis conferenti patebit, non niſi tres poſteriores ad præſens hoc noſtrum ejusdem deae cognomen poſſe applicari: quare paullo accuratius eosdem expendere teſtimoniisque firmare, operae ducimus pretium. Homines antiqui veſtimentis tegebantur longioribus &, ut poëtice loquar, fluxipedis, qualia in hodiernum usque diem gerunt populi orientales. Iter igitur ingreſſuros colligere eos oportebat cingulo veſtes, ut earum ne ipſos moraretur longitudo: unde factum, ut ζωννύσθαι idem nonnunquam ſit in veterum libris ac *viae ſe committere.* HOMERVS (t):

> Ὣς εἰπὼν, ΖΩΣΤΗΡΙ θοῶς ΣΥΝΕΕΡΓΕ χιτῶνα·
> ΒΗ δ' ἴμεν ἐς συφεούς.
>
> *Sic fatus, CINGVLO celeriter CONSTRINXIT tunicam,*
> *Perrexitque IRE ad ſuilia.*

HESIODVS (u):

> - - - - ΖΩΣΑΝΤΟ δὲ πηοί
>
> - - - - *CINGVNTVR autem cognati.*

i. e. cognati, locorum intervallo disjuncti, ut in viam ſeſe dare poſſint, veſtes ſuccingunt. Eodem pertinent quoque optimi Servatoris verba, quibus alloquitur Petrum (x): Ὅτε ἦς νεώτερος, ΕΖΩΝΝΥΕΣ σεαυτὸν, καὶ ΠΕΡΙΕΠΑΤΕΙΣ ὅπου ἤθελες. *Quum eſſes junior, CINGEBAS te ipſum, & AMBVLABAS, quo volebas.* Neque ſejunctus eſt ab illo Graecorum loquendi modo iſte Arabum

---

dii, qui imperii caeleſtis aut certam, aut ullam non habebant partem. Confirmant, quae de hoc momento diſputavimus SERVIVS *ad Aeneid.* XII. v. 118. MARTIANVS CAPELLA libro I. *de nuptiis philologiae* pag. 17. & quae praeter THOM. GALE *ad Iamblichi myſteria* pag. 191. & 274. annotavit ex veterum libris IOANNES SELDENVS de *Iure Naturae & Gentium juxta diſciplinam Ebraeorum* lib. III. cap. 20. pag. 432. ſeq.

(s) Accepit hanc notionem ex priſca hominum conſuetudine argentum nummosque in zonis, quibus praecingebantur, circumferendi. Vid. THOMAS DEMPSTERVS *ad Roſinum* p. m. 127. CLAVD. SALMASIVS *in Comment. ad hiſtoriae Auguſt. ſcript.* Tom. I. p. 669. ſeq. & PETRVM BVRMANNVM *ad Phaedrum* pag. 211.

(t) *Odyſſ.* ξ'. 72.

(u) Ἐργ. v. 345.

(x) Joh. XXI. 18.

bum hodiernorum, cujus exemplum, in *Tamerlani rebus geſtis* occurrit (y): و شمر للفسان ذيله *Et ſubſtrinxit laciniam ad proficiſcendum.* Porro, & quam ſaepiſſime quidem, apud veteres *ζώνη* ſignificat *virginitatem;* cujus notionis ratio ex infra dicendis patefiet. MOSCHVS (z):

> *Ζεὺς δὲ πάλιν ἑτέρην ἀνενάζετο μορφήν.*
> ΛΥΣΕ *δὲ οἱ* ΜΙΤΡΗΝ, *καὶ οἱ λέχος ἔντυον Ὧραι.*
>
> *Jupiter aliam rurſus aſſumebat formam,*
> *SOLVITQVE ei ZONAM: & illi lectum parabant Horae.*

Quo loco, *λύειν ζώνην* perinde ac ſcholia minora ad HOMERVM (a) faciunt, explicandum eſt per *διαπαρθηνεύειν*. Nec aliud quicquam ſibi voluit auctor libri Iudith, quum dicit (b), *λύειν μήτραν παρθένε εἰς μίασμα.* Quin enim *μήτραν* refingendum ibi ſit in *μίτραν*, dubito nullus. Hinc in lapide vetuſto, a RAPH. FABRETTO (c) evulgato, qui puellae continet laudes, cujus virginalis pudor ad mortem usque illibatus permanſerat, eandem obſervamus adhibitam phraſin:

ΤΥΜΒΟΣ Ο ΔΕ ΚΡΥΠΤΕΙ ΚΟΥ
ΡΗΣ ΣΕΜΝΗΣ ΚΑΙ ΑΜΕΜΠΤΟΥ
ΣΩΜΑ ΚΑΤΟΙΧΟΜΕΝΗΣ ΠΕΡΙ
ΚΑΜΕϹΗΣ ΕΓΙΙΓΙΕΙΩΝ ΠΑΡ
ΘΕΝΙΚΗΝ ΖΩΝΗΝ ΟΥΤΙΣ
ΕΛΥΣΕ ΒΡΟΤΩΝ. ❦ ΕΛΠΙΔΙ
ΑΔΕΛΦΗ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ ΔΩΝΑΤΙΩΝ

Tumulus hic abſcondit puellae prudentis & inculpatae corpus decedentis perpulchrae, cujus virginalem

(y) Pag. 95. citante Cel. ALB. SCHVLTENS in notis ad HARIRII *conſeſſus tres priores* p. 161. ubi plura congeſſit loca parallela.

(z) *Idyll.* II. quod *Europa* inſcribitur, circa finem.

(a) Ad *Odyſſ.* λ'. 244.

(b) Cap. IX. v. 2.

(c) Cap. III. pag. 144.

ginalem zonam nemo
ſolvit mortalium. Elpidi
ſorori dulciſſimae. Donation.

Graecos hac in parte imitati ſunt Latii incolae. OVIDIVS (d):

Cui mea virginitas avibus libata ſiniſtris
Caſtaque fallaci ZONA RECINCTA manu.

Immo etiam Hebraei eodem modo ſunt locuti. Quum enim ſummum optimumque numen Sionis filiabus apud Eſaiam (e) minatur, fore, ut תחת חגורה נקפה *loco cinguli* olim ipſis ſit *diſſolutio*, quominus in eundem interpretemur ſenſum, de violenta nimirum virginalis caſtimoniae proſtitutione, in urbium expugnatione, de qua hoc capite loquitur propheta, frequenti, video adeo nihil obſtare, ut potius fiat longe veriſimillimum inde, quod נקף nullus fere, niſi *dirumpendi concidendi*que competat ſingnificatus. Multo proinde rectius Eſaiae verba comparaveris cum his THEOCRITI (f):

Φεῦ, φεῦ, καὶ τὰν ΜΙΤΡΑΝ ΑΠΕΣΧΙΣΕΣ.
Hei, hei, & MITRAM CONCIDISTI.

quam a partibus ſtans recentiorum interpretum, ſi נקפה reddideris per *funem, funiculum*, cui cum diſruptione omnino nihil eſt commune. *Puerperii* denique eſt ſymbolum ζώνη, in his PINDARI (g):

Ἁ δὲ φοινικόκροκον
ΖΩΝΗΝ καταθηκαμένα.

Illa vero punicea trama intextam
ZONAM depoſuit.

Quamvis enim BENED. ARETIVS & *IOH. LONICERVS* per ζώνην φοινικόκροκον allegorice intelligunt *fetus involucra & ſecundinam*: rectius tamen ERASM. SCHMI-

(d) *Heroid. Epiſt.* II. v. 115.

(e) Cap. III. 24.

(f) *Idyll.* XXVII. 54.

(g) *Olymp.* Od. VI. 66.

SCHMIDIVM de zona, ante partum depoſita, explicaſſe, ipſe verborum nexus docet. OPPIANVS (h) de leonum loquens partu:

Πεντάκι θηλυτέρη δὲ τόκων ἀπελύσατο ΖΩΝΗΝ

Quinquies autem femina partionis ſolvit ZONAM.

Vnum idemque ergo eſt atque illud quod NOSSIS, poëtria (i), dixit, λύειν ἐκ ὠδίνων. Venit quoque hunc in cenſum phraſis φέρειν ὑπὸ ζώνης, quam EVRIPIDES (k) habet pro *gravidam eſſe.*

Τοῦτόν ποτ' ἔτεκον, κἄφερον ζώνης ὕπο.

Hunc olim peperi & portavi ſub cingulo.

Atque duae hae poſteriores vocis ζώνη acceptiones, fuſius a nobis expoſitae, ſunt, quae ad illud Dianae cognomen, de quo diſſerimus, explicandum viam ſternunt. Equidem poſſe quem diſcedere in eam ſententiam, video, ut noſtrum Dianae titulum ex illa acceptione *cinguli*, qua iter denotat, derivandum cenſeat, atque de Graeco latine exprimendum eſſe, *itinerum confectrix.* Aliquantulum iſtam adjuvaret interpretationem, quod Diana viarum habita praeſes (l) fuerit, unde etiam factum, ut non ſolum ἐνόδια, *vialis,* SEXTO EMPIRICO (m) aliisque audiat, ſed etiam olim *juvenalia* ejus *fingerentur ſimulachra,* verba recito FESTI (n), *quia ea aetas fortis eſt ad tolerandam viam.* At vero, quum omnis antiquitas de veneratione Dianae, Λυσιζώνε cognomen gerentis, poſt iter confectum exhibita, ſileat; & praeterea veterum, quae modo laudavimus, teſtimonia abunde loquantur, ζώνην, ubi conjungitur cum λύειν, figurate nunc de virginitatis, nunc oneris uterini poſitione, dictam; denique autem utraque vocis hujus acceptio ad Dianam poſſit applicari commode: appa-

ret,

(h) *De Venation.* lib. III. v. 57.

(i) Vid. *Poëtriarum octo fragmenta,* a Viro ex doctrina nobili & claro IOANNE CHRISTIANO WOLFIO, Hamburgi 1734. 4to edita, pag. 8.

(k) *Hecub.* v. 762.

(l) Vid. EVERH. OTTONIS *de diis vialibus comment.* pag. 79. ſqq.

(m) *Adverſus Phyſicos* pag. 592. edit. τῦ πάνυ Io. Alb. Fabricii.

(n) Vocabulo, *Iuvenalia.*

ret, Dianam Solvizoniam eſſe appellatam eam, cui nuptiarum partusque tempore ſponſae atque puerperae cingula dedicaverint.

Superſtitioſae vetuſtatis qui aliqua cum cura luſtrarunt reliquias, eorum credo ignarum eſſe neminem, ejusdem theologiam fuiſſe longe feraciſſimam deorum dearumque, qui & appellati titulis fere iisdem, nec diſſimilibus fungentes officiis, religioſe colebantur. Quot enim non habebant numina bellica, ruralia, vialia, aliarumque rerum inſpectores? Tot certe, ut antiqua monumenta evolventibus integra numeroſiſſimaque occurrant agmina. Minime igitur mirum, ſi complura etiam numina, Dianae Solvizoniae homonyma, ſeſe nobis offerunt, quae in limine diſſertationis noſtrae verſantes ſtrictim recenſere duplici de cauſſa & neceſſe arbitramur & utile. Primum enim id inde percipiemus commoditatis, ut caterva iſta progredientibus remoram ne faciat conciliandis tot tantisque ſcriptorum diſcrepantiis, immo contradictionibus. Deinde, ubi oſtenderimus, omnis iſtius difficultatis fontem exſtitiſſe ſacrificulorum avaritiam profundam, novum fulcimentum erit comparatum opinioni noſtrae, alibi (o) jam propoſitae, ſcilicet ſolos paene ſacerdotes fuiſſe eos, qui horrendum illud ſuperſtitionis monſtrum in humani generis perniciem foverint, &, ut in tantam excreſceret molem, ſtuduerint. Sed auſpicemur iſtum Cinxiarum Dearum catalogum, in quo condendo tamen non niſi praecipuarum habebimus rationem. Primum aſſignare locum Iunoni aequum cenſeo; quandoquidem non ſoror tantum, ſed etiam conjux habita eſt ſummi gentilium numinis. Haec, IO. BAPT. CASALIO (p) fidem ſi adjungimus, Athenis *Λυσιζώνου* mactata titulo, aedem habuit, ipſius obligatam religioni. Ita enim a PAVSANIA & aliis, neſcio quibus, memoriae proditum ſcribit. At in errorem deduxit virum, ceteroquin haud indoctum, memoria minus fida. Quamquam enim nihil intermiſi, quin diligentiſſime cum Pauſaniae, tum aliorum ſcriptorum libros, quos Caſalium fortaſſis reſpexiſſe augurabar, excuterem; altum tamen ubique de Iunone Solvizonia, in Athenarum urbe adorata, ſilentium animadverti. Quare non dubito, quin aut mente volvens, quae ſupra de Dianae *Λυσιζώνῃ* apud Atticos cultu & templo ex APOLLONII *Rhodii* Scholiaſte

(o) In diſſertatione, qua *gemmae antiquae ſiſtentis Europae raptum, imagine prorſus ſingulari adumbratum*, explicationem tentavimus nuper pag. 24. ſqq.

(p) Libro de *ritu nuptiarum* capite I. pag. 1307. Tom. VIII. Theſauri Gronoviani.

liaſte retulimus, eadem de Iunone ſcribere Pauſaniam memoria lapſus crediderit; aut Athenas confuderit cum Romana civitate. Nam caeleſtem illam reginam Romae cognominatam eſſe novimus *Cinxiam*. ARNOBIVS (q) eſt, qui ejus ſub hoc titulo meminit. Opinantem, iſtud nominis inde haeſiſſe Iunoni, quod vinculum matrimonii ipſi curae creditum fuerit cordique, ut apud VIRGILIVM (r) invenimus:

Iunoni ante omnes, cui vincla jugalia curae.

meliora docebunt rectioraque FESTVS & MARTIANVS CAPELLA, diſerte ſcribentes, a cinguli ſolutione eo, quo conjugium conſummabatur tempore, in ipſius facienda honorem, ita cognominatam. Is (s) *Cinxiae Iunonis nomen*, inquit, *ſanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii ſolutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta.* In his verba, *quod initio conjugii ſolutio erat cinguli*; quemadmodum libri impreſſi legunt, quoniam cum antecedentibus non adeo apte inter ſe cohaerent, neque etiam congruentem fundunt ſenſum; fortaſſe in mendo cubare quis dixerit. Neque id, mea ut fert opinio, inepte. Velim igitur diſpiciant viri ex critices peritia nobiles, laboranti FESTO num poſſit ſubveniri, ſi reponamus, *ſolutio ei* (Iunoni) *ſacra erat cinguli*; aut, quod magis ſeſe mihi probat, *ſolutioni praeerat cinguli.* Audiamus quoque de Cinxia Iunone CAPELLAM. Ejus, quae in rem faciunt praeſentem, haec ſunt (t): *Interducam & Domiducam, Vnxiam, CINXIAM mortales puellae debent in nuptias convocare, ut earum & itinera protegat, & in optatas domos ducat, & cum poſtes ungent, fauſtum omen affigat, & cingulum ponentes in thalamis non relinquat.* Sicuti vero λύειν ζώνην, *cingulum ponere*, idem modo vidimus eſſe, ac virginitatis amittere privilegia: ita Iuno, cingulorum ſolutionibus praefecta, in marmore antiquo (u) dicitur *Pronuba virginitatis ereptae.*

SIL. PETRONILLA. M. AN. IANVARII
CONIVX. GRAVISS. EX. TT. SS. HH
VT. IVNONI. PRONVB. SVAE. VIRG.
EREPTAE.

(q) *Adverſus gentes* lib. III. pag. 69. edit. Elmenhorſt.

(r) *Aeneid.* IV. v. 59.

(s) Voce, *Cinxia.*

(t) De *nuptiis philologiae* lib. II. pag. 37. ſq. ed. H. Grotii.

(u) Vid. IANI GRVTERI *inſcriptiones antiquae* pag. XXV. n. 3.

EREPTAE. PRIM. AEDES. MAR. CONSTRVATVR. IMP.

Neque vero hanc ſolam ob cauſſam, modo quam indicavimus, ſed propterea quoque iſtud meruit cognominis, quod non ſecus ac Diana parturientibus ſuum non denegare exiſtimabatur auxilium, rite ab illis invocata; ut mulier facit apud TERENTIVM (x):

Iuno Lucina, fer opem! ſerva me obſecro!

Immo, ex hoc ipſo ejus officio nomen *Iunonis Lucinae* derivandum praecipit M. VARRO (y): *Facta igitur a juvando & luce, Iuno Lucina: a quo parturientes eam invocant.* Iunoni ſuccedat deliciarum ac voluptatum omnium Dea, in hunc noſtrum referenda cenſum, quia *Lycophroni* (z) Σχοινὶς audit. Graecum enim nomen hoc in latinum converti debet, *Cinxia.* Scholiaſtes quidem, ut a *junco* ita credamus appellatam, auctor nobis eſt. Σχοινὶς, ait, Ἀφροδίτης ἐπίθετον, ὅτι ἡ σχοῖνος βοτάνη μασσωμένη, τοὺς ὀδόντας μὲν καθαίρει, κινεῖ δὲ πρὸς Ἀφροδίσια. *Schoenis, Veneris eſt cognomen, quod juncus dentibus fractus iisdem nitorem conciliat, & ad Venerem incitat.* Verum, qui ISAAC. TZETZEM novit: Lycophronis interpretem, noverit quoque, quam ſaepiſſime eum nugas vendere lectoribus; nec vitio dabit nobis, ſi haud idem ſentientes cum Graeculo homine facimus divortium, argumento inducti haud infirmo. Pro nobis enim, Σχοινίδα *Cinxiam* interpretantibus, facit, quod σχοινίον *cingulum* ſignificare ſubinde, ex verſione bibliorum, ſeptuagintaviralem quam vocant, intelligimus. Ea acceptione bis legitur ibi, apud Eſaiam (a) nempe & in Ieremiae epiſtola (b), quae Baruchi jungi ſolet vaticiniis. Quamquam enim alioſum, atque nos facimus, iſtum Ieremiae locum accepit IO. SELDENVS (c): habeo tamen conſentientem, qui in iſtud argumentum prae ceteris inquiſivit, MART. de ROA (d); quocum faciunt OLYMPIODORVS (e) & DAN. FESSELIVS (f). Hi omnes

(x) In *Andria* Act. III. Sc. I. v. 15. Conf. *Adelph.* Act. III. Sc. 5. v. 41.

(y) Lib. IV. de *Lingua Latina* p. m. 19.

(z) *In Alexandra* v. 831.

(a) Cap. III. 24.

(b) v. 42. 43.

(c) De *diis Syris* Syntagm. II. cap. 8. pag. 311.

(d) *Singularium* Part. I. lib. III. cap. 9. 10. & Part. II. lib. IV. cap. 6.

omnes, quin τὰ σχοινία interpretarentur περιζώματα, *faſcias circa ventrem*, addubitarunt nulli, & jure quidem. Quibus enim verbis h. l. utitur vates περιστῆσθαι & διαρρήγνυσθαι, ea aptius commodiusque dicuntur de cingulis, quam de διεξόδοις, *aditibus*, quae Seldeni eſt explicatio. Accedit, quod a junceis zonis pretio vulgare ſolitas corpus *Schoeniculas* dixiſſe Romanos volunt, & de iisdem intelligenda Ieremiae verbae praecipiunt FRID. TAVBMANNVS (g) &, quem ipſe laudat, ALB. GENTILIS. Hi enim, ſi quid judico recte, magis ſunt audiendi, quam VARRO (h) & FESTVS (i), illud *Schoeniculaurum* nomen a *ſcaeno*, neſcio quo, nugario & odoris peſſimi unguento deducentes; praecipue quum FESTVS ſuo, quod addit, *videtur*, ſententiae ſuae parum certus amplius deliberandi & in alia omnia diſcedendi facultatem omnibus concedit. Vt ut autem iſta ſeſe habent, Venerem tamen in Cinxiarum eſſe cooptandam ordinem, inde fit perſpicuum, quod non ſolum TATIANO (k) & multis aliis teſtibus, in nuptiis adorata eſt & partu praefuit, unde Genetrix veteribus audiit Genetyllisque (l): ſed etiam ex eo, quod zonae in ejus ſuſpenſae antiquitus ſunt honorem; cujus conſuetudinis conſervatam memoriam acceptam referimus ſequenti lapidi antiquo (m):

DIVO. IVLIO
LIB. IVL. EBORA.
OB. ILLIVS. INMVN. ET. MVN.
LIBERALITATEM
EX D. DD.
QVOIVS. DEDICATIONE
VENERI. GENITRICI
CESTVM. MATRONAE
DONVM. TVLERVNT.

Sequitur

(e) Ad l. c. in *Valdentis paterni* a MICH. CHISSERIO edita, citante Seldeno.

(f) *Adverſ. ſacror.* lib. II. cap. 24.

(g) Ad *Plauti Rudent.* Act. II. Sc. 2. v. 5.

(h) De *Ling. Lat.* lib. VI. p. m. 76.

(i) Voce *Schoeniculae*.

(k) *Orat. ad Graecos.* pag. 31. edit. Oxon.

(l) Vid. EZ. SPANHEMIVS *ad Ariſtophanis Nub.* v. 52. & STEPH. BERGLERVM *in notis ad Alciphronem* pag. 303.

(m) Apud PHIL. TOMASINVM *de donariis* cap. XVI. pag. 122.

Sequitur nunc Minerva, quam apud Boeotios Ζώστειραν cognominatam eſſe, auctorem habeo HESYCHIVM. Et, quamquam PAVSANIAS (n) ejus appellationis rationem eam perhibet, quod arma induerit Amphitruo, cum Eboeenſibus inituro certamen: tamen, quoniam alio loco (o) ſcribit: "Αιθρα καὶ κατεστήσατο ταῖς Τροιζηνίων παρθένοις ΑΝΑΤΙΘΕΝΑΙ πρὸ ΓΑΜΩΝ τὴν ΖΩΝΗΝ τῇ ΑΘΗΝΑ, τῇ Απατουρίᾳ: *Aethra inſtituit etiam, ut Troezeniorum virgines ZONAM Apaturiae MINERVAE ante NVPTIAS CONSECRARENT*; & praeterea, ARISTIDE teſte (p), obſtetricis functam novimus munere apud Latonam: ex Cinxiarum numero minime proſcribendam Palladem, obſcurum, puto, erit nemini. Ne multus ſim in minimis, minorum gentium, quae huc pertrahi poterant, deas Cinxias mitto; facturus ultimo loco adhuc mentionem *Deae*, vel *Fortunae Virginis*, cui aedem Romani, teſte PLVTARCHO (q), ad fontem Muſcoſum exſtruxerant. In hujus templo cum ſolemni dicatione fixas antiquitus ſponſarum zonas, annotavit AVGVSTINVS (r): *Et certe ſi adeſt VIRGINENSIS DEA, ut virgini ZONA SOLVATVR.* ARNOBIVS (s): *Puellarum TOGVLAS FORTVNAM defertis ad VIRGINALEM.* Nihil eſt certius, quam vitioſa ſcriptione hunc locum eſſe inquinatum. Neque enim ſecundum Romanorum inſtituta conſuetudinesque convenit puellis virginibus togulae veſtimentum, quod, ut HELENIVS ACRON (t) obſervat, in adulterio deprehenſis erat proprium. Quid? Proſtratae pudicitiae feminarum iſte amictus habebatur inſigne; cujus rei veritatem non paucis teſtibus, fide dignis, dudum firmavit GERH. IOH. VOSSIVS (u). Sententia igitur mihi ſtat haud ambigua, Arnobium, pro *togulas*, ut libri editi legunt, in autographum retuliſſe *zonulas*. Verum, *Dea* l. *Fortuna* iſta *virgo* perinde ac *Fortuna mammoſa*, itidem Romae culta (x), diverſa non fuit atque disjuncta a Diana noſtra. Extra omnem

(n) In *Boeoticis* cap. XVII, pag. 743.

(o) In *Corinthiacis* cap. XXXIII. pag. 189.

(p) Pag. 13. Tom. I. Opp. edit. S. Iebb.

(q) Libello de *Fortuna Romanorum* pag. 332. ima. Conf. quoque ejusdem *Quaeſtion. Roman.* pag. 281.

(r) De *Civitate Dei* lib. VI. cap. 9.

(s) Lib. II. pag. 54.

(t) Ad *Horatii* lib. I. Sat. II. v. 63.

(u) *Inſtitut. Orator.* lib. I. cap. 10. & lib. IV. cap. 7.

(x) Venerab. BERN. MONTEFALCONIO ita eſt viſum. Scribit enim in *Diario Italico* cap. XI. pag. 159. *Fortuna mammoſa ſic dicta fortaſſis, quia inſtar Dianae Epheſinae frequentes mammas habuit.*

omnem id collocat dubitationem vetus inſcriptio, a IAC. SPONIO evulgata (y):

DIS MANIBVS
PRVRARVM AC NE
MORVM INCOLAM
PIRARVM (z) DOMITRICEM
DIANAM DEAM VIRGINEM
VXENTIVS V. C. VBIQVE
PIVS SVO NVMINI SEDI
QVE RESTITVIT.

Addo OVIDIVM (a):

Sanguine virgineo placandam VIRGINIS iram
Eſſe DEAE.

In errore igitur verſati ſunt IO. LVD. VIVES (b) & FRID. TAVBMANNVS (c), quum ille ad Iunonem, hic vero ad Venerem referret Deam virginem. Sic perfacilis etiam & perexpedita foret demonſtratio, & Iunonem, & Venerem, & Minervam pro uno habitas fuiſſe cum Diana noſtra eodemque numine: niſi praeter laudatum modo GERH. IO. VOSSIVM (d), IO. SELDENVS (e) & ANDR. DACERIVS (f) otium nobis feciſſent. Quid vero otium? Superſedere poſſemus percommode hoc labore; licet nemo in generis iſtius ſeſe immiſiſſet quisquilias, quas ſparſiſſe conſtat ſacrificulos, ut tegumentum conciliarent ipſorum dedecori, quum Chriſti philoſophorumque ſectatores pro uno & vero numine propugnare aggrederentur. Scilicet ex deorum, quorum miniſtri erant, cultu deſumenda ipſis erant alimenta ceteraque vitae neceſſaria. Teſtimoniis

(y) In *Miſcellaneis erudit. antiquitat.* Sect. III, pag. 88.

(z) Lege omnino FERARVM.

(a) *Metamorphoſ.* lib. XII. v. 28.

(b) In *Comment. ad Auguſtini* l. c. p. m. 602.

(c) Ad *Plauti Pſeudol.* Act. I. Sc. I. pag. 785.

(d) De *Idololatria gentilium* lib. II. cap. 26. pag. 219.

(e) De *DIs Syris* Syntagm. II. cap. 2. pag. 231. ſeqq.

(f) Ad *Horatii* lib. III. od. 30. p. m. 341.

moniis? quibus nuperrime hanc ſtabilivimus veritatem, lepidiſſimos adjungimus ARISTOPHANIS verſus, quibus Iovis ſacerdotem, poſtquam Plutus, divitiarum Deus, viſum receperat, ad incitas redactum, ita introducit colloquentem cum Carione ſervo (g):

ΚΑΡ. Τί δ' ἐςὶν, ὦ βέλτιςε; ΙΕΡ. Τί γὰρ ἀλλ' ἢ κακῶς;
Ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Πλοῦτος οὗτος ἤρξατο βλέπειν,
Ἀπόλωλ' ὑπὸ λιμοῦ. ΚΑΤΑΦΑΓΕΙΝ γὰρ ΟΥΚ ΕΧΩ·
Καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἹΕΡΕΥΣ ὢν ΔΙΟΣ.
ΚΑΡ. Ἡ δ' αἰτία τίς ἐςιν, ὦ πρὸς τῶν θεῶν;
ἹΕΡ. ΘΥΕΙΝ ἔτ' ΟΥΔΕΙΣ ΑΞΙΟΙ.

CAR. Quid eſt, bone vir? SAC. Quid ſit mihi aliud, niſi male?
Ex quo enim Plutus videre coepit,
Pereo fame. Quod enim EDAM NON HABEO;
Licet IOVIS ſervatoris ſim SACERDOS.
CAR. Per deos quaeſo, dic hujus rei cauſſam.
SAC. NEMO SACRIFICARE amplius arbitratur OPVS.

Ne autem ea invenirent tantum, quae praeſens deſiderabat tempus, quibusque carere minime poterant; ſed ut acquirerent quoque theſauros, unde cum opipare hilaremque in modum epularentur, tum liberos reliquerent, omnium rerum copia abundantes: alia ineunda erat ratio, novae ſtruendae fabricae. His hominum fraudulentorum rationibus maxime conducebat, ſi religioſorum frequentia quam maxima ad templa conflueret, ipſorum demandata curis. Eum in finem munera, a priſcis uni praecipue attributa numini, ſi vel leviſſima praetendi poterat ratiuncula, deo vindicabant, cujus ſeſe addixerant miniſterio. Atque eo alacriores erant ad ejusmodi fraudes ſtruendas, ut complures dii nuptiarum partusque crederentur praeſides, quo majus inde ſibi promittebant lucrum. Quid enim frequentius nuptiis puerperiisque? Quid ergo magis e re erat ſacrificulorum, quam frequentiſſima conjugii partusque diis offerenda ſacrificia? Tantum invidentes lucrum Dianae ſacerdoti ſoli, ut & ipſi utilitatis potirentur parte, poëtarum auxilio, idem officium Iunoni, Veneri, Minervae & compluribus aliis dabant. Poſtea vero, ut deriſum effugerent, quo numeroſiſſi-

(g) *Plut.* v. 1173. ſeq.

roſiſſimum iſtum deorum exercitum exagitabant tam Philoſophi, quam Chriſtiani: vela contrahentes ſub multis nominibus unum coli deum, cauſabantur. Hac de re dubitabit nemo, qui vel fugitivo oculo ARISTIDIS (h) perluſtravit ſcripta. Quae cum ita ſint, nobis haud erit opus in progreſſu diſſertationis circa hanc materiam diſcrepantias adducere, aut operoſe diſpicere.

Antequam ad pertractationem de cultu Dianae *Λυσιζώνου* propius accedimus, licebit, ſpero, a coepto itinere paullulum deflectere, eo conſilio, ut, qui mente comprehendere nequeunt, quare tot diis data ſint cognomina (i), eorum ſatisfaciamus curioſitati, nequaquam vituperandae. Habent enim, quod mirentur, quare numinibus ſuis ſuperſtitioſa vetuſtas tantam impoſuerit titulorum multitudinem, ut IVLIANVS AVRELIVS, Lesſignienſis, ſic ſatis ſpiſſum de iis conſcribere potuerit librum (k); licet, quo Aurelius floruit, ſaeculo non adeo cogniti fuerint lapides vetuſti atque numi, quorum ope multis acceſſionibus augeri potuiſſent iſti commentarii. Quid? quod numina occurrunt poëtarum ſcripta evolventibus *πολυώνομα* inde, immo & *μυριώνυμα*, appellata. Ita Dianam invocat ORPHEVS (l):

- - - Διὸς ΠΟΛΥΩΝΥΜΕ κούρη. - - -

- - *Iovis*

(h) Legantur inprimis *orationes de Iove & Serapide*, quarum illa pag. 1. ſeqq. haec vero pag. 48. ſeqq. Tom. I. Operum a SAM. IEBB edit. exſtat.

(i) Gentilium conſuetudinem hanc ſecutos jam olim Iudaeos eſſe, abunde docent optimi Servatoris verba Matth. VI. 7. quibus utrorumque in ſacris *βαττολογίαν* graviter increpuit. Neque tamen recutiti mores mutarunt, ſed in hunc usque diem in cumulandis Dei epithetis permulti ſunt; quemadmodum cum ex eorum precibus propemodum omnibus, tum praecipue ex illa intelligimus cantilena, poſt coenam paſchalem cani ſolita, qua magno clamore templi impetrare ſtudent reſtaurationem ocyſſimam. In ea enim ſecundum literarum ordinem optimum numen vocant: אדיר, בחור, גדול, דגול, הדור, ותיק, זכאי, חסיד, טהור, יחיד, כביר, למוד, מלך, נורא, סגיב, עזוז, פודה, צדיק, קדוש, רחום, שדי, תקיף, *magnificum, lectiſſimum, magnum, elatum, honoratum, pium, purum, beneficum, mundum, unicum, validum, peritum, regem, lucidum, complexum rerum omnium, robuſtum, redemtorem, juſtum, ſanctum, miſericordem, omnipotentem, fortem.* Exſtat hic hymnus in הגדה של פסח l. libello, qui omnes continet preces cantilenasque, in convivio paſchali recitandas, fol. 33. col. 2. Verſionem vero ejus Iudaeo Germanicam apud IO. CHRISTOPH. VVAGENSEILIVM *in der Belehrung der Jüdiſch-Teutſchen Red- und Schreibart* pag. 105. nemo ſine indignatione leget.

(k) Vide orbis literati decus ſummum, IO. ALB. FABRICIVM in *Bibliographia antiquaria* pag. 240. ſq.

(l) In hymno, cui titulus, *Dianae ſuffimen*, pag. 132.

- - - *Iovis MVLTI NOMINIS puella.*

ARISTOPHANES (m):

- ΠΟΛΥΩΝΥΜΕ, θηροφόνε παῖ
Λατοῦς.

- *MVLTA habens COGNOMINA, ferarum interfectrix puella LATONAE.*

Proſerpina quoque in ſepulchrali quodam epigrammate, quod primus edidit SCIP. MAFFEIVS (n) ita cognominatur:

Ἀλλὰ σὺ παμβασίλῃα θεὰ ΠΟΛΥΩΝΥΜΕ κούρα.

Sed tu regina diva VARIOQVE NOMINE culta puella.

Apollinem eodem mactavit titulo HOMERVS (o):

- - - ἐπεὶ ΠΟΛΥΩΝΥΜΟΣ ἐστιν.

- - - *quoniam MVLTA habet COGNOMINA.*

De Alecto VIRGILIVS (p):

- - - *Tibi NOMINA MILLE*
Mille nocendi artes.

Iſidem vero μυριώνυμον dictam, meminit PLVTARCHVS (q). In hujus igitur πολυωνυμίας (r) rationem paulo inquirere curatius, operae arbitror pretium, cum ob eam, quam modo indicavi, cauſſam, tum inprimis propterea, ut rerum antiquarum quoque ſtudioſi ex Virgilii effato habeantur felices, quando hoc exemplo fuerit declaratum, eos non ſecus ac philoſophos rerum, quas tractant, cauſſas

(m) *Theſmophoriaz.* v. 327.

(n) In *Galliae antiquitatibus quibusdam ſelectis atque in plures epiſtolas diſtributis*, pag. 72.

(o) *Hymn. in Apollinem* v. 82. Adde ſis HESYCHIVM h. v.

(p) *Aeneid.* VII. v. 337.

(q) In libello de *Iſide & Oſiride* pag. 372.

(r) Plura ejus cupienti exempla dabunt EZ. SPANHEMIVS ad *Ariſtophanis Plut.* v. 1165. ad Callimachi *hymn. in Apoll.* v. 70. & RAD. CVDVVORTHVS *in Syſtemate intellectuali*, pag. 569.

cauſſas poſſe cognoſcere, ſedulo inveſtigantes. Poëtas deorum ſollicite venatos cognomina, quum in verſibus pangendis venam experirentur quaſi exſanguem, terſiſſimus iſte & vanae religionis irriſor ſtrenuus, LVCIANVS (s) ſcribit. Καὶ ἔι τι σε ἄλλο, inquit, οἱ ἐμβρόντητοι ΠΟΙΗΤΑΙ καλοῦσι· καὶ μάλιστα ὅταν ΑΠΟΡΩΣΙ πρὸς τὰ ΜΕΤΡΑ, τότε γὰρ ἀυτοῖς ΠΟΛΥΩΝΥΜΟΣ γινόμενος ὑπερείδεις τὸ πίπ]ον τοῦ μέτρου, καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ. *Et, ſi quod aliud tibi cognomen attoniti POETAE tribuunt, maxime quum HAERENT IN VERSV. Tum enim illis MVLTI NOMINIS factus, carminis ruinam fulcis metrique hiatum imples.* Equidem, univerſe haud facile iverim inficias, epítheta Deorum nonnunquam pedamenti tomentique loco adhibita a carminum conditoribus. Attamen, ſaepiſſime ita neceſſario iisdem uſos eſſe poëtas, ut omnino nequirent carere, integra docent carmina, quae ad noſtram transmiſſa aetatem non niſi Deorum conſtant cognominibus. Hujus generis ſunt hymni, qui ORPHEO adſcribuntur. Eodem pertinet quoque ille in Apollinem hymnus, cum ſcholiis concinnis ab ALEX. BRASSICANO, & repetita vice a IO. SAVBERTO (t) editus, cui ſimilis eſt alius in Bacchum, apud IO. SOTEREM (u) obvius. Ex inſcriptionibus horum hymnorum apparet, eosdem, interea dum ſacrificia offerebantur, recitari modulando debuiſſe. Nemo igitur, iſtud deorum titulos cumulandi ſtudium, paupertatis poëticae documentum dixerit, praecipue, quum aliunde appareat, eam cognominum multitudinem neceſſariam fuiſſe ad cultum deorum, rite juſtoque modo peragendum. Rei hujus ratio in eo quaerenda, quod, quibus praecipue titulis appellari vellent idola, neſcire ſe dicebant gentes. Malebant propterea omnes in precibus adhibere, quam eorum quosdam omittendo delinquere. Oſtendunt iſtum circa Deorum nomina proferenda metum Socratis verba, quibus apud PLATONEM (x) alloquitur Protarchum: Τὸ δ' ἐμὸν ΔΕΟΣ, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν ΘΕΩΝ ΟΝΟΜΑΤΑ, οὐκ ἔςι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ ΜΕΓΙΣΤΟΥ ΦΟΒΟΥ. καὶ νῦν τὴν Ἀφροδίτην, ὅπη ἐκείνῃ φίλον, ταύτην προσαγορεύω. *MEVS autem metus, o Protarche, circa DEORVM NOMINA non eſt humanus, ſed maximum quemque timorem exſuperans. Et nunc quidem Venerem, quemadmodum ipſi gratum eſt, appello.* Idem inſuper perlucet ex ſolemni illa formula, qua in precum con-

(s) *In Timone* pag. 7. ſeq. edit. Lamb. Barlaei.

(t) *De Sacrificiis* pag. 294.

(u) In *epigrammat. ſelect.* lib. I. pag. 96.

(x) In *Philebo* l. *dialogo de ſummo bono* pag. 320. edit. Frf. 1602.

concluſione utebantur (y): *Sive quo alio nomine invocari volueris*, a CATVLLO (z) ita metrice expreſſa:

Sis QVOCVNQVE *tibi* PLACET
Sancta NOMINE.

Propius conjectura aberraſſe mihi videntur ex recentioribus MARC. ZVER. BOXHORNIVS (a), PETR. BERTHALDVS (b), AEGID. MENAGIVS (c), GVIL. SALDENVS (d), atque EZ. SPANHEMIVS (e), qui uno ore omnes tot titulos diis ſuis tribuiſſe ſuperſtitioſos populos cenſent eorundem majeſtatis augendae gratia; licet neque ita ſtatuendo rem omnem viri doctiſſimi exhauſerint. Ad exemplum enim regum variis, ex priſco hodiernoque more cognominibus inſignium, ſacerdotes, poetarum opera adjutos, diis quoque addidiſſe tot titulos, perinde ac omnis deorum veneratio & ad eam neceſſariae caerimoniae ex principum deſumtae ſunt cultu (f), dubium amplius, credo erit nemini, ubi poſterius ratiocinando, prius vero exemplis, evicero. Atque illud triplici conficio argumento. Primum largientur mihi cuncti, aliter non potuiſſe veteres, quin auguſtiſſimo, quem fingendo concipere quibant, cultu numina proſequerentur ſua. Numina enim, quae credebant ſupra res omnes collocata, ſummopere colere, par erat. Iam, ponamus nobis ob oculos homines, non niſi rebus inhaerentes ſenſualibus, qui ſolius imaginationis impetu ducuntur, nec altius mentes attollere valent. Hujus generis priſcos ſuperſtitionis conditores fuiſſe, confitendum erit omnibus. Hi, quum numina ſunt adoranda, quid molientur? Norunt, auguſtiſſime eſſe colenda: & circumſpicient adorationis modum ſummum maximumque. Quid autem auguſtius in toto terrarum orbe reperiri poteſt, regum ac principum veneratione? Nonne igitur ad veritatem accedit proxime easdem adhibuiſſe caerimonias gentiles, numina

---

(y) Vide IO. SAVBERTVS l. c.

(z) In *carmine ſaeculari ad Dianam* ſub finem.

(a) In *Quaeſt. Roman.* pag. 915. ſeq. Tom. V. Theſaur. Graev.

(b) *De ara* pag. 404. Tom. V. Theſaur. Graev.

(c) Ad *Diogenis Laërtii* lib. VII. ſegm. 147.

(d) In *Otiis Theologic.* pag. 580.

(e) *Comment. ad Callimachum* pag. 129.

(f) De legibus Moſaicis, Deum, ut regem caeleſtem, ſpectantibus diſſerit IO. SPENCERVS de *Legibus Hebraeorum ritualibus* pag. 249. edit. Tubing.

mina venaturos? Quae quum ita ſint dignos neceſſe eſt judicemus Caligulam (g) principesque alios (h), qui divinam ſibi aſſerentes majeſtatem numinum religione adorari volebant, quorum ſalſe rideatur ſtupiditas, quod in iis quaeſiverint gloriam, quae deos ipſis referre accepta oportebat. Porro, quoniam maxima Deorum pars a regia dignitate poſt mortem ad illam divinam erat evecta: num, quaeſo, aliis honoribus, quam quos vivis praeſtiterant, mortuos proſequi poterant? Pleroſque autem deos inter mortales regio functos eſſe munere, praeter complura, & paene infinita, exempla, veterum libros volventi toto die obvia, planum faciunt quoque eorundem nomina, quum nunc βασιλῆες appellantur, nunc ἄνακες (i). Eleganti ratiocinio pro nobis ita ſtatuentibus propugnat Cicero Chriſtianus, LACTANTIVS (k); cujus verba, licet copioſiora, adſcribere non piget: *Quibus ex rebus quum conſtet, illos homines fuiſſe: non eſt obſcurum, qua ratione dii coeperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnum, vel Vranum fuerunt propter hominum raritatem, qui agreſtem vitam ſine ullo rectore vivebant; non eſt dubium, quin illis temporibus homines regem ipſum, totamque gentem ſummis laudibus, ac novis honoribus jactare coeperint, ut etiam deos appellarent, ſive ob miraculum virtutis, ſive, ut fieri ſolet, in adulationem praeſentis potentiae: ſive ob beneficia, quibus erant ad humanitatem compoſiti. Deinde ipſi reges, quum cari fuiſſent iis, quorum vitam compoſuerant: magnum ſui deſiderium mortui reliquerunt. Itaque homines eorum ſimulacra finxerunt; ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium: progreſſique longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere coeperunt, ut & gratiam referre bene meritis viderentur; & ſucceſſores eorum adlicerent ad bene imperandi cupiditatem.* Habes itaque deos, a regum oriundos familia: neque amplius controverſum tibi videbitur, eosdem ſub principum adoratos imagine, ubi utrorumque inter ſe contenderis cultum. Ovum ſane ſimilius ovo haud deprehendes, quam deorum & regum venerationem. Regum perſonae in palatiis ſuis ſuperbiebant coronis, ſceptris, thronis.

(g) SVETONIVS in *Caligula* cap. XXII.

(h) Exempla nonnulla recenſet ſtrictim IO. CLERICVS *ad fragmenta Menandri* pag. 96.

(i) Vid. omnino EZ. SPANHEMIVS *in notis ad verſionem Gallicam Iuliani Caeſarum* pag. 34. ſq.

(k) *Inſtitut. divinar.* lib. I. cap. 15. Cui jungendi CYPRIANVS *de idolorum vanitate* lib. IV. ſub initium p. m. 174. & CICERO *de Nat. Deor.* lib. III. cap. 19. alibique paſſim.

thronis. Fuerunt quoque deorum ſimulacra in templis (l): nec fruſtra ibidem quaeres ſellas curules ceteraque inſignia regia. Principes antiquos plerumque in conclavibus moratos ſi noſti interioribus: Deorum ſtatuas in adytis deprehendes latitaſſe. Ad potum victumque regibus adſiſtebant paraſiti (m). Habebant & hos dii, quibus inſuper ſacerdotes miniſtrorum erant loco. Quid? ſuffimenta, piſcinas (n), theſauros, pompas aliaque momenta in regum non minus aedificiis cultuque, quam in deorum fanis venerationeque animadvertimus. Singula haec demonſtraremus pluribus, niſi longioris iſtius diſputationis ambitus a noſtro alienus eſſet propoſito. Quin tamen unico, a deorum thronis deſumto, exemplo ſententiae hujus evincam veritatem, a me impetrare nequeo. Ornatu regio in ſolio ſedere principes, quis eſt, qui neſcit? At idem diis olim tributum, non modo numorum (o), quam apponimus, biga



comprobat, ſed Homerus quoque, quum Auroram ἔυθρονον (p); alibi autem Iunonem (q) Dianamque (r) χρυσοθρόνους nuncupat. Similiter Clotho dicitur PINDARO (s) ὑψίθρονος (t). Quid? quod Hebraeos quoque credidiſſe, verum

(l) Hinc dicuntur delubra ἀνάκτορα. AELIANVS *Hiſt. var.* lib. XIII. cap. 2.

(m) Vide, quae IO. MEVRSIVS *de regno Laconico* cap. XXIII. annotavit de duobus regum Lacedaemoniorum convivis, eaque compara cum iis, quae ATHENAEVS *Deipnoſoph.* lib. VI. pag. 234. & EZ. SPANHEMIVS *ad Callimach.* pag. 515. de paraſitis deorum ſunt commentati.

(n) Conf. libellus *de Dea Syria* pag. 790. Tomo III. Opp. Luciani & *les voyages de M. le Chevalier* CHARDIN *en Perſe* Tom. IX. pag. 23.

(o) Alterum debemus *Joh. Vaillantio de numiſ. a populis graece loquentibus percuſ.* p. 28. alterum vero EZ. SPANHEMIO *comment. ad verſion. gallic. Caeſarum Iuliani* pag. 21.

(p) *Odyſſ.* ζ'. 38. & compluribus locis aliis.

(q) *Iliad.* ά. verſ. ult. & ξ'. 153.

(r) *Iliad.* ί. 529. *Odyſſ.* έ. 123.

(s) *Iſthmic.* Od. VI. v. 22.

rum numen throno inſidere, cum ſacri codicis (u), tum profani Rabbinorum libri (x) teſtantur. A Iudaeis iſtud dogma transiit ad Chriſtianos. Apocalypſeos auctor ſcribit (y): Ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσταλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ ΘΡΟΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ καὶ τοῦ ἀρνίου. *Oſtendit mihi purum fluvium aquae viventis, lucidum ſicut cryſtallum & progredientem ex throno dei & agni.* Quibus verbis Ioannes, qui, quoad vixit, id ſemper egit ſollicite, ut optimo ipſius noſtrumque omnium magiſtro ſuus vindicetur honos, ſua maneat inconcuſſa divinitas, conſulto eandem throno inſidendi praerogativam adſcribit Chriſto, τοῦ ἀρνίου inſignito nomine, quam Iudaei deo ſoli attribuere ſolebant. Immo, ut perverſae mentis natio haec agnoſcat, maximum noſtrae ſalutis reparatorem eſſe illum, diu ab ipſa exſpectatum, huminum generis ſervatorem, addit Theologus, ex agni quoque ſolio prodire limpidum iſtum & fecundantem fluvium, quem ex Sancto Sanctorum poſt Meſſiae adventum ſperet profluxurum. Doctores Talmudici (z): עתיד הק״בה להוציא מבית קדשי הקדשים נהר ועלוו כל מיני מגדים. *In futuro ſeculo* (a) *ſanctus benedictus ille*, i. e. Deus, *ex Sancto ſanctorum producet fluvium, ad cujus ripam cujuscunque generis fructus ſuccreſcent excellentiſſimi.* Iisdem propemodum verbis Iohannes fluvii iſtius deſcribit in ſequentibus conditionem. Neque id mirum. Nam utrique eam doctrinam ex EZECHIELIS hauſerunt vaticiniis (b). Id tamen mirabuntur quidam, quid fuerit, quod eadem de amne, ex Iovis profluente ſolio, ethnici docuerint. Ita enim apud PLAVTVM (c) legimus:

SYC. Si animum advertas, eloquar.
Ad caput AMNIS, quod de caelo EXORITVR ſub SOLIO IOVIS.
CH. Sub ſolio Iovis? SYC. Ita dico. CH. e caelo? SYC. atque E MEDIO quidem.

Sed

(t) Conf. ſi volupe, eſt de thronis deorum EZ. SPANHEMIVM l. c. pag. 17. & quos magno numero citat PET. ZORNIVS *Bibliothec. antiquario-exegitic.* Tom. I. pag. 704.

(u) Pſalm. XLVIII. 9. Exod. XVII. 6.

(x) Vid. פרקי ר׳ אליעזר cap. 3. & פסיקתא רבתא fol. 9. col. 4. edit. Venet. 1546.

(y) Cap. XXII. 1.

(z) In *Sanhedrin.* fol. 100. col. 1.

(a) Hoc nomine Iudaeos plerumque tempora Meſſiae deſignare, in vulgus eſt notum.

(b) Cap. XLVII. 12.

(c) *In Trinummo* Act. IV. Sc. 2. v. 97. ſqq.

Sed, non eadem Iudaeis fuit ac ethnicis ratio, cur ita ſtatuerent. Hi credebant, Deos (d), & praecipue Iovem (e), inhabitare montes (m), e quibus fluviorum plurimi quum originem trahant ſuam: patet ratio, quare e ſolio Iovis, i. e. montibus, profluere flumen ſcripſerit Plautus. At Iudaei, quibus Dei thronus ſpeciatim *ſanctum ſanctorum* (f), & per ſynecdochen *totum templum* (g) denotat (h), ad torrentem reſpexerunt Kedron. Hic enim quemadmodum incrementa ſua maximam partem capiebat ex victimarum ſanguine & aqua, in templo effuſo, & per canales ad dictum amnem deducto, ac proinde dici nequibat fluvius aquae viventis: ita tempore Meſſiae alium ex templo oriturum fluvium perenni & nullis peccatorum ſordibus, ut iſte prior, inquinata aqua fluentem ſperabant Iudaei. Quod re ipſa eveniſſe novimus, quotquot puriorem profitemur Chriſti doctrinam. Verum, ut ad id, unde ſumus digreſſi, redeamus, clariſſime ex hactenus dictis evincitur cultus Deorum, ad regium morem inſtitutus. Quod ſi autem in univerſum inde manavit, quidni etiam de cognominibus idem crederemus, quae diis a locis, ipſorum religioni ſacris, ac ab ipſorum rebus geſtis, perinde haeſerunt ac regibus. Ne juſto ſim prolixior, ſufficiat in praeſenti demonſtraſſe tria iſta *Magni*, *Victoris* & *Servatoris* cognomina ad Seleucidarum exemplum Dianae fuiſſe indita. *Magna* vocatur a CATVLLO (i).

O Latonia maximi
MAGNA progenies Iovis.

Et

(d) Conf. GVST. PERINGERI diſſ. de *templo Herculis Gaditano* §. 9.

(e) LACTANTIVS *Inſtitut. divinar.* lib. I. cap. XI.

(f) *Pſal.* XLVII. 9. *Hebr.* VIII. 1.

(g) Vid. *Ierem.* XVII. 12. *Ezech.* XLIII. 7.

(h) Apud Iudaicos doctores, obſervante GILB. GAVLMINO *in notis ad lib. III. de vita & morte Moſis* pag. 221. כסא הכבוד denotat θυσιαστήριον; quod obſervaſſe lucem affundit alii Apocalypſeos loco Cap. VI. 9. ubi animae martyrum dicuntur eſſe ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου; quandoquidem iſte loquendi modus perfecte convenit cum iſta תחת כסא הכבוד *ſub throno gloriae.* Sed ipſa quoque res ex Iudaica petita videtur theologia. R. MACHIR in אבקת רוכל P. II. cap. 3. pag. 30. col. 2. וכשישראל הם בצער נשמתן של צדיקים מתאוננות עמו במרום הק"בה עושה להם מחילות תחת כסא הכבוד וג'. *Cum Iſraelitae quadam premuntur calamitate, animae juſtorum, ſimul cum illis lugentes, quibus deus fecit cavernam ſub throno gloriae &c.*

(i) *Hymn. in Dianam* v. 5.

Et in *vita S. Kiliani* (k): *Volumus ſervire MAGNAE Dianae.* Mitto Epheſios (l), ΜΕΓΑΛΗ ἡ Ἄρτεμις, vociferátos. Qui titulus quum numinibus eſſet communis compluribus (m), Paullus (n), qui ubique vindicat Chriſto, quae idololatrae ſuis ementitis diis adſerebant, eundem optimo ſervatori adſcribit. *Victricis* venit nomine eadem dea in ſequenti lapide (o):

INVICTAE DIANAE ET
VICTRICI SANCTAE SACRVM
L. VALERIVS L. FIL. POPIL.
FELIX. S. P. V. S.

In alio autem Σώτειρα dicitur (p):

ΘΕΑ ΕΣΙΚΟΩ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΑΥΛΙΔΙ ΣΩΤΕΙΡΙ
ΑΥΡ. ΕΛΠΙΝΕΙΚΗ

Quo autem plures ſervatores Deos, in quibus Martem quoque, devaſtatorem rerum omnium, numeratum (q), habes, quod mireris, venerata eſt ſuperſtitioſa antiquitas, eo majori jure gentium doctor ter in priori ad Timotheum (r) & itidem ter in epiſtola ad Titum (s), Chriſtum ſervatorem dixit, eo conſilio, quemadmodum non minus ingenioſe, quam vere, exiſtimat Vir eruditionis maximae, IO. GOTHOFR. LAKEMACHERVS (t), non niſi honoris gratia mihi nominandus, *ut diis fictitiis deum verum opponeret, atque ſignificaret, longe majori*

(k) In Actis Sanct. Ben. Tom. II. pag. 992. citante IAC. MARTINO *de religione Gallorum veterum* P. II. pag. 49.

(l) Actor. XIX. 27.

(m) Quosdam eorum dinumerat EZ. SPANHEMIVS *de uſu & praeſtantia numiſm.* Tomo I. pag. 447.

(n) Tit. II. 13.

(o) In IAC. SPONII *miſcellan. erudit. antiquitat.* Sect. III. pag. 88.

(p) Apud I. GRVTERVM pag. XL. 10. Conf. PAVSANIAS *in Atticis* cap. XL. pag. 96. & cap. XLIV. pag. 107.

(q) In lapide vetuſto apud RAYMVND. DVELLIVM de *variis iisque potiſſimum ſelectis ad elegantiores literas pertinentibus rebus* pag. 17.

(r) Cap. I. 1. II. 3. IV. 10.

(s) Cap. I. 3. II. 10. III. 4.

(t) In *antiquitatibus Graecorum Sacris* pag. 6.

jori jure illum cognominari σωτῆρα, quam Dianam, aut Jovem. Quae argumenta, hactenus expoſita, ſimul ſi ſumuntur, id credo efficiunt, quod volebamus oſtendere, ad regum exemplum tot numinibus dediſſe cognomina priſcos theologos, qui eandem rem ad ſuum quaeſtum callide traducere noverant.

Expeditis iis, quae ad tituli λυσιζώνου cum ſignificationem, tum cauſſas faciunt, venit nunc conſiderandus etiam cultus, Cinxiae Dianae præſtitus. Sub initium hujus diſputationis me jam monuiſſe memini, cinguli poſitionem partim interfectae virginitatis, alias vero legitimi puerperii apud priſcos fuiſſe ſymbolum. Inde quodammodo jam intelligitur, Dianam noſtram aliis caerimoniis in feſtis nuptialibus, aliis partus tempore, honoratam. In prioribus praecipua erat cinguli dedicatio; ſiquidem inde iſtud nominis accepit Diana. Non opus arbitror, hoc loco repetere ARNOBII atque AVGVSTINI teſtimonia, in hanc rem quidem facientia, alibi autem jam allata, contentus haec SVIDAE (u) adſcripſiſſe: Ἁι ΠΑΡΘΕΝΟΙ, ΜΕΛΛΟΥΣΙ πρὸς ΜΙΞΙΝ ἔρχεσθαι, ΑΝΕΤΙΘΕΣΑΝ τὰς παρθενικὰς αὐτῶν ΖΩΝΑΣ τῇ ΑΡΤΕΜΙΔΙ. *VIRGINES, cum VIRO REM HABITVRAE, ZONAS ſuas virgineas DIANAE dedicabant.* Quodnam vero cingulum? Duorum enim mentionem reperient injectam, virginalem apud veteres veſtitum quibus volupe erit enumerare. Ita Nereidum deſcripturus habitum canit APOLLONIVS (x):

Παρθενικαὶ ΔΙΧΑ ΚΟΛΠΟΝ ἐπ' ἰξύας εἱλίξασαι.

Puellae SINIBVS DVPLICATIS & usque ad lumbos offlexis.

Diſertius autem CLAVDIANVS (y):

- - - *DVO CINGVLA veſtem*
Crure tenus pendere vetant - - -

Et alio loco (z):

Criſpatur GEMINO veſtis Gortynia CINCTV.

Pingit

(u) Voce, Λυσίζωνος.

(x) *Argonautic.* IV. v. 949.

(y) De *laudibus Stiliconis* lib. III. v. 248.

(z) de *raptu Proſerpinae* lib. II. v. 33.

Pingit his verſibus poeta haud invenuſtus Dianae habitum, qualem expreſſit artifex in gemma quadam antiqua apud IAC. DE VVILDE (a), & oculis ſiſtunt noſtris numorum ſequentium, a Mytilenaeis Epheſiisque percuſſorum, ectypa, quae accepta referimus EZECH. SPANHEMIO (b).





Hujus cincturae duplicis in eo crediderim ſitam rationem, quod oppido non poterat non eſſe accommodata deae, deditiſſimae venationibus; aut, quod fortaſſis propius a veri deflectit ſimilitudine, ut eſſet intemerati pudoris, a Diana ſervandi, indicium. *Bis* enim *cinctam* invenio antiquitus dictam feminam, perfectiſſima caſtimonia celebrem. Teſtem produco AVSONIVM (c):

Nec BIS CINCTA Diana placet, nec nuda Cythere.

quorum verborum explicaturus ſenſum pergit:

Illa voluptatis nihil habet, haec nimium.

Hinc Romani filias exhortaturi ſuas ad virginitatis jura pretioſiſſimo cimelio diligentius ſervanda, Fortunae virginis, a Diana non diverſae, ſimulachrum ita curaverant amiciendum, ut duplici ipſius cingulo continerentur veſtimenta.

VARRO

(a) Num. LVI. citante HENR. CANNEGIETER in *notis ad Aviani fabulas* pag. 38.

(b) Vulgavit ea ex Chriſtianiſſimi Regis Cimelio in *Comment. ad Callimachum* pag. 134.

(c) *Epigrammat.* XXXVIII. v. 5.

VARRO (d): *A quibus dicitur eſſe virginis Fortunae adeo quod DVOBVS undulatis ZONIS eſt opertum.* *Vndulatis togis* libri legunt editi, in cujus lectionis locum quominus ſurrogarem *undulatis Zonis*, mendi haud prohibuit antiquitas. Et, lubenter ut facerem, eadem poſtularunt argumenta, quibus fretus alium ſupra Arnobii locum emendare tentavi. His novum accedit inde, quod nimirum de duabus, iisque ſimul indutis, togis, quas Varro ſanitati nondum reſtitutus Deae virgini attribuit, nec vola reperitur in veterum monumentis, nec veſtigium. Neque enim *duplex toga*, SERVIO (e) memorata, huc poteſt pertrahi, quippe ita appellata, quia utrinque hominem tegebat. Verum enim vero, iſta de duobus, Dianae praeſertim propriis, cingulis obſervatio digito indice oſtendit quid Ovidius ſibi velit canens (f):

- - *ritu quoque cincta Dianae*

& iterum (g):

Nuda genu veſtem ritu ſuccincta Dianae.

Patet, id eſſe idem, ac ſi dixiſſet, quae ad Dianae morem cingulorum biga veſtimenta collegit. Vtriusque nomen indicat AESCHYLVS (h):

Ἔχω ΣΤΡΟΒΟΥΣ ΖΩΝΑΣ τε, συλλαβὰς πέπλων.

Habeo & STROPHIA & CINGVLA, veſtes colligantia.

Fuſius autem de amborum & nomine & loco, ubi poſita, differentem operae erit pretium audire POLLVCEM (i): Τὸ τῶν ΜΑΣΤΩΝ τῶν γυναικείων ζῶσμα, ΤΑΙΝΙΑΝ ὠνόμαζον, καὶ ΤΑΙΝΙΔΙΟΝ· τὸ δὲ περὶ τῇ ΚΟΙΛΙΑ ζῶσμα, ΠΕΡΙΖΩΜΑ, ἢ ΠΕΡΙΖΩΣΤΡΑΝ. *MAMILLARVM muliebrium cingulum, TAENIAM vocarunt, vel STROPHIOLVM: VENTRIS vero cincturam CINGVLVM aut ZONAM.* Prius Zonarum genus attigere HIER. MAGIVS (k) & GISB. CVPERVS

(d) De *vita populi Romani* apud NONIVM pag. 1296.

(e) Citante OCTAV. FERRARIO de *re veſtiaria* lib. II. cap. 13.

(f) *Metamorph.* lib. I. v. 695.

(g) *Loc. cit.* lib. X. v. 536.

(h) *Supplic.* v. 466.

(i) *Onomaſtic.* lib. VII. ſegm. 65.


(k) *Variar. lection.* lib. III. c. 3. p. 1364. Tom. II. Lampad. art. Gruter.

PERVS (l) ſed ita, ut pleraque ſicco transeuntes pede, nominis vix darent explicationem. Ταινία, quo vocabulo mamillarem zonam appellat Pollux, unum eſt ex iis, quae rarenter, hac ſaltem acceptione, veterum ſcripta evolventibus ſunt obſervata. Apud ANACREONTEM tamen inveni (m):

Μύρον, γύναι, γενοίμην,
Ὅπως ἐγώ σ' ἀλείφω·
Καὶ ΤΑΙΝΙΗ δὲ μαστῶν κ. τ. λ.

Vnguentum, puella, fierem,
Ego te ut ungerem,
Et zona mamillaris. &c.

MOERIS: Ταινία, Ἀττικῶς· στηθοδεσμὶς, Ἑλληνικῶς. Aliis notionibus, quas habet haud paucas, a CAROL. PASCHALIO (n) pluribus enarratas, collectio vocum utilium ex diverſis auctoribus & ſophiſtis a BERN. MONTEFALCONIO (o), & ſenectute, & meritis ſummis ſumme venerabili, edita ſtrictim recenſet: *Ταινία, ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων τὰ πεζίτια, στέμματα, στεφάνη, ζώνη· ἐπὶ δὲ ξύλων, τὰ κυμάτια.* Neuter tamen animadvertit illam ejusdem dictionis acceptionem, qua faſciam denotat oblongam, feminae veteres qua olim redimiverunt tempora. Eum capitis ornatum contemplamur in gemma antiqua ex *Viri Perilluſtris & Magnificici* IO. ANDERSONII, Maecenatis mei obſervantiſſime colendi, cimelio depromta.



Cujus

(l) Comment. de *Conſecratione Homeri* pag. 153.

(m) *Carmine* XX. pag. 475. edit. de Pauw.

(n) De *Coronis* lib. IV. cap. 8. p. m. 475. ſeqq. conf. GISB. CVPERI *Obſervat.* lib. I. cap. 6.

(o) In *Bibliothec. Coislin.* Part. III. pag. 475.

Cujus conditionis mulieres iſtiusmodi ornamentum geſtaverint, indicat POLLVX (p): Τὸ τέλειον ἑταιρικὸν τῆς ψευδοκόρης ἐςὶν ἐρυθρότερον, καὶ ΒΟΣΤΡΥΧΟΥΣ ἔχει ΠΕΡΙ τὰ ΩΤΑ. Τὸ δὲ ἑταιρίδιον, ἀκαλλώπιστόν ἐςι, ΤΑΙΝΙΔΙΩ τὴν κεφαλὴν ΠΕΡΙΕΣΦΙΓΜΕΝΟΝ. *Scortillum nobile falſa virgine rubicundius eſt, & CINCINNOS CIRCA AVRES habet. Meretricula vero minus culta, CAPVT FASCIOLA coercet.* Praeterea, idem cingulum dicebatur ςρόφιον. ARISTOPHANES (q):

Χάλα ταχέως τὸ ΣΤΡΟΦΙΟΝ, ὦ 'ναίσχυντε σύ.

Solve cito STROPHIVM, impudentiſſima.

CATVLLVS (r):

Non tereti STROPHIO lactentes vincta papillas.

Ea qui conficiebant, dicebantur *Strophiarii*, PLAVTO (s) memorati in numeroſo illo mundi muliebris artificum exercitu. Summam qui novit ſollicitudinem, qua inde a mundi fere primordiis in comparandis ornamentis verſatus eſt ſexus ſequior: is libens lubensque teſtibus, a nobis producendis, adjunget fidem, eundem nec ſumtibus perperciſſe, nec machinationibus, ut hae etiam zonae quam ornatiſſimae eſſent & pretii maximi. De divitibus loquor. Ipſa enim rei domeſtici conditio cogebat pauperculas, mediocribus ut eſſent contentae; quemadmodum Arabes hodiernae, apud quas in uſu hodieque eſt zona mamillaris, ipſorum ſermone وشاح dicta. Ex corio quidem illa ſolet eſſe frabrefacta: ne tamen nimis videatur ſimplex, vilis generis exornatur monilibus (t). Midianitae contra eas habebant auro argentoque exornatas. Tales enim debellato hoc populo Iſraelitarum principes inter ceteras manubias deo dicuntur obtuliſſe. In textu Hebraeo eſt כומז (u), quod IONATHAN (x), quin verteret מחוכיא מבית תדיהן, *cingula bullata e regione mamillarum,*

non

(p) *Onomaſt.* lib. IV. ſegm. 153.

(q) *Theſmophor.* 645. Vide quoque *Lyſiſtrat.* v. 930.

(r) *Eleg.* LXV. 65.

(s) In *Aulularia* Act. III. Sc. 5. v. 42.

(t) Vide IAC. GOLII *Lexicon Arabicum* pag. 975.

(u) *Num.* XXXI. 50.

(x) Citante IO. BVXTORFIO in *lexico Talmudico* pag. 1188.

non dubitavit. Recentiores interpretes (y) de *globulis*, neſcio quibus, explicant. Sed malim a partibus ſtare Targumiſtae propterea, quod ejus ſententia cum Arabum كمر mire conſpirat. Ea enim vox ſignificat *cogere rem in formam rotundiorem:* quod ſane faciunt ſtrophia, dum mamillas coercent extuberantes. Aureas easdem & gemmis exornatas nobis pingit ISIDORVS (z): *Strophium eſt cingulum AVREVM cum GEMMIS, de quo ait Cinna* (a): *Strophio lactentes cincta papillas. Et PRVDENTIVS* (b): *Nomen hoc gemmae ſtrophio illigatae.* Subinde etiam carmina his zonis erant inſcripta. AVSONIVS (c):

Punica turgentes redimibat zona papillas
Hermiones: ZONAE TEXTVM ELEGEION erat:
Qui legis hunc titulum, Paphie tibi mandat ames me,
Exemplo tuo neminem amare vetes.

Superbam autem fuiſſe oportet zonam, hanc in modum deſcriptam ab HELIODORO (d): *Ζώνην ἐπεβέβλητο τοῖς στέρνοις, ἣν ὁ τεχνησάμενος, εἰς ἐκείνην τὸ πᾶν τῆς ἑαυτοῦ τέχνης κατέκλεισεν, οὔτε πρότερόν τι τοιοῦτον χαλκευσάμενος, οὔτε αὖθις δυνησόμενος. δυοῖν γὰρ δρακόντοιν τὰ μὲν οὐραῖα κατὰ τῶν μεταφρένων ἐδέσμευε· τοὺς δὲ αὐχένας ὑπὸ τοὺς μαζοὺς παραμείψας, καὶ εἰς βρόχον σκολιὸν διαπλέξας, καὶ τὰς κεφαλὰς διολισθῆσαι τοῦ βρόχου συγχωρήσας, ὡς περίττωμα τοῦ δεσμοῦ κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν ἀπῃώρησεν· εἶπες ἂν τοὺς ὄφεις οὐ δοκεῖν ἕρπειν, ἀλλ᾽ ἕρπειν· οὐχ ὑπὸ βλοσυρῷ καὶ ἀπηνεῖ τῷ βλέμματι φοβερούς, ἀλλ᾽ ὑγρῷ κώματι διαρρεομένους, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ κατὰ τὰ στέρνα τῆς κόρης ἱμέρου κατευναζομένους. οἱ δὲ ἦσαν τὴν μὲν ὕλην χρυσοῖ, τὴν δὲ χροίαν κυάνεοι. ὁ γὰρ χρυσὸς ὑπὸ τῆς τέχνης ἐμελαίνετο, ἵνα τὸ τραχὺ καὶ μεταβάλλον τῆς φολίδος, τῷ ξανθῷ τὸ μέλαν εἰσκραθὲν ἐπιδείξηται.*

Zona

(y) Vid. IO. CLERICVS ad h. l.

(z) *Originum* lib. XIX. cap. 32.

(a) Verſum hunc, quem modo ex Catullo adduximus, Cinnae heic attribui, erunt, qui mirabuntur. At ita omnes Iſidori habere codices, praeter unum Salmanticenſem, teſtantur editores, qui iſta verba Catullo cum Cinna non minus communia fuiſſe opinantur, quam nonnulla Maroni fuerunt cum Catullo & Lucretio. Quod cum mera eaque non ſatis firmo nitens fundamento conjectura ſit: malim cum GISB. CVPERO l. c. id in Iſidori referre erroribus, vel potius librarii, quandoquidem non peſſimae notae videtur codex Salmanticenſis.

(b) *Periſtephan.* hymn. VII. v. 25.

(c) *Epigram.* 94.

(d) *Aethiopic.* lib. III. pag. 137. ſq. edit. Lugdunenſ.

Zona pectus praecinxerat, in quam artifex totam ſuam artem concluſerat, cum neque antea quicquam ejusmodi fabricaviſſet, neque iterum pari arte conficere potuiſſet. Duorum enim Draconum caudas ad partem dorſi inter ſcapulas connectebat: porro colla ſub mamillas permutatim producens, & in nodum tortuoſum implicans: capita vero elabi e nodo ſinens, tanquam appendicem nodi ab utroque latere ſuſpenderat. Dixiſſes ſerpentes non videri ſerpere, ſed revera ſerpere: neque rigido & terribili aſpectu formidabiles, ſed humido ſomno diffluentes, veluti hoc illicio ſopiti, quod circa puellae pectus eſſent. Ac illi quidem erant, quod ad materiam attinet, aurei, ceterum colore caerulei. Aurum autem arte denigrabatur, ut aſperitatem & varietatem ſquammae nigrum fulvo mixtum repraeſentaret. Ad locum quod attinet, ubi ſtrophiis cingebatur corpus, ejus is erat ſitus, ut ſub mamillis ambiret veſtes; quemadmodum partim diſcimus ex ſtatuarum contemplatione, a fulgentiſſimo litterati orbis ſidere, Ven. BERN. MONTEFALCONIO (e) productarum, partim vero numus (f) oſtendit, quem in aes inciſum heic apponimus.



Neque aliter deſcriptum reperio in veterum libris. APVLEIVS (g): *Ipſa linea tunica mundule amicta, & ruſſea FASCIOLA praenitente altiuſcule SVB ipſas PAPILLAS SVCCINCTVLA.* OVIDIVS (h):

--- cin-

(e) *Antiquité expliquée* Tom. III. tab. 29.

(f) Deſumtus eſt ex EZ. SPANHEMII opere *de uſu & praeſtant. numiſmat.* Tom. I. pag. 712.

(g) *Fabular. Mileſiar.* lib. II. pag. 164. edit. VVouer.

(h) *Metamorphoſ.* lib. VI. v. 59.

- - - cinctaeque AD PECTORA veſtes
Brachia docta movent.

Cum phraſi hac Ovidiana convenit ex omni parte illa, quam Apocalypſeos auctor (i) de optimo ſervatore adhibet, quum eum fuiſſe ait περιζωσμένον ΠΡΟΣ τοῖς ΜΑΣΤΟΙΣ ζώνην χρυσῆν, *praecinctum AD MAMILLAS zona aurea.* Idem angelos quoque repraeſentat (k) περιζωσμένους ΠΕΡΙ τὰ ΣΤΗΘΗ ζώνας χρυσᾶς, *cinctos ad pectora cinctu aureo.* Vtrisque unam eandemque ob rationem adſcribi cincturam circa pectus, qui ſuſpicaverit, haud habebit me diſſentientem, qui eam miniſterii heic puto eſſe ſymbolum. Quemadmodum enim ſpiritus illos ſanctos voluntatis divinae novimus exſecutores: ita Chriſtum ad mamillas cinctum putaverim dici, quoniam ſacerdotis Iudaeorum ſummi, id eſt, ſummi numinis miniſtri, non rarenter in S. S. ſiſtitur habitu. Servos vero oportebat ſuccinctos, qui eo eſſent expeditiores ad munia obeunda perficiendaque. Ita Chriſtus ſervile pedilavii miniſterium ſuſcepturus διέζωσεν ἑαυτὸν, *ſe praecinxit* (l). PHAEDRVS (m):

Ex alticinctis unus atrienſibus
Cui tunica ab humeris linteo Peluſio
Erat diſtricta, cirris dependentibus.

Vt autem ad feminarum redeam ſtrophia, eorum is erat uſus, ut papillarum cohiberent tumorem exſuperantem. NONIVS (n): *Strophium faſcia brevis, quae virginalem PAPILLARVM TVMOREM COHIBET.* Mammoſas ſcilicet antiqui homines inter venuſtate corporisque pulchritudine inſignes haud dignabantur numerare. OVIDIVS (o):

INFLATVM circa faſcia PECTVS erat.

& alibi (p):

--- omne

(i) Cap. I. 13.

(k) Cap. XV. 6.

(l) Cap. XIII. 5. Conf. CHRIST. SCHOETTGENII *horas Talmud.* pag. 384.

(m) Lib. II. fab. V. v. 11. ſq.

(n) P. m. 1428.

(o) *Art. Amator.* lib. III. v. 274.

(p) *Remed. amor.* 337.

- - - - - - *omne PAPILLAE*
Pectus habent TVMIDAE: faſcia nulla tegat.

MARTIALIS (q):

MAMMOSAS metuo: tenerae me trade puellae.

Vt igitur papillis in nimiam molem excreſcentibus formoſitatis ne privarentur laude filiae, matres cavebant ſtudio ſummo, quorum veſaniam comico ſale perfricat TERENTIVS (r):

Haud ſimilis eſt virgo virginum noſtrarum, quas matres ſtudent
Demiſſis humeris eſſe, VINCTO PECTORE, ut graciles fient.

Eum in finem non modo Epimedium, cujus folia, vino trita, virginum mammas cohibere ſcribunt PLINIVS (s) & DIOSCORIDES (t), in ſubſidium advocabant, ſed etiam ſtrophia, ut diximus, ex quo praepoſtero cingendi ſtudio iis, quae pectore ſatis eſſent tenues, *cingularum* nomen per contemtum dabatur; ſicuti ex FESTO (u) licet videre. Haec mirum quantum nos juvant, ut, quum apud VALER. FLACCVM (x) legimus:

Crinis ad OBSCVRAE decurrens cingula MAMMAE.

ne haereamus in eo, quid velit ſibi poeta de papillis praedicando *obſcuritatem*. Id adeo non cepit NIC. HEINSIVS, ceteroquin omnibus ingenuis artibus inſtructiſſimus, ut critica medicina loco laboranti ſuccurrendum exiſtimaret legendumque *obſutae*. At, non opus erat iſta emendatione, ſiquidem in hac ipſa obſcuritate caliginis prorſus erit nihil, ubi obſervaverimus, Flaccum reſpicere ad zonas noſtras mamillares. *Obſcuram mammam* appellat eam, quae pectoris compreſſa cingulo, ita aſpicientium fugit oculos, ut, utrum adſit nec ne, dubii haereant. Latii enim incolis omnia quae in oculos non incurrunt, *obſcura* ſueviſſe dicere, latet neminem. Venuſtatis proinde conciliandae gratia quum ex hacte-

nus

(q) Lib. XIV. epigr. 139. add. epigr. 149.

(r) In *Eunuch.* Act. II. Sc. 4. v. 40. ſqq.

(s) *Hiſt. natur.* lib. XXVII. cap. 9.

(t) De *medicinali materia* lib. IV. cap. 19.

(u) Voce, *Cingulas*.

(x) *Argonautic.* lib. III. v. 526.

nus diſputatis appareat pectoribus circumpoſita ſtrophia: ad illam montivagam ſaevamque Dianam neque potuerunt ſpectare, neque eidem conſecrari. Quin potius ex hoc ipſo perſpicimus, ad pulchritudinis gratiarumque praeſidem & auctricem, Venerem puta, fuiſſe deferenda; quod inſuper CALLIMACHI (y) comprobatum damus fide:

Τὰ δῶρα τῇ ΑΦΡΟΔΙΤΗ
Σελήνη περίφοιτος εἰκόν' αὐτῆς
Ἔθηκεν, τήν τε ΜΙΤΡΗΝ
Ἡ ΜΑΣΤΟΥΣ ἐφύλασσε.

Dona VENERI
Silena vagabunda imaginem ſuam
Dedicavit, & MITRAM,
Quae MAMMAS vinciebat.

Ita enim hunc locum, literarum divulſione & permutatione inerti foedatum, Gallica Muſa, ANNA DACERIA, in ſanitatem reſtituit priſtinam.

Quoniam igitur commercii fuit nihil Dianae cum mamillari cingulo; neque tamen praeter duas apud veteres exſtat mentio plurium zonarum, ad virginalem mundum pertinentium: quominus illam imi ventris cincturam Deae venatrici fuiſſe conſecratam concludamus, quod prohibeat, non video. Nomine praeſertim duplici iſte inſigniebatur cingulus, modo ζώνη dictus, alias vero μίτρη. Quod latere quum modo poſſit eum, qui optimorum ſcriptorum lectionem ne primis quidem, quod ajunt, labris deguſtavit; hujus ruditati autem medeantur lexicographi: multa, ex veterum libris excerpta, loca coacervare ſuperſedeo. Hoc fortaſſis non ita erit pervulgatum, qui Atticam in ſermone venabantur elegantiam, eos, ζώνην & ζώνιον promiſcue ne dicerent, ſtudio caviſſe. Illud nempe de virorum, hoc de mulierum cinctura uſurpatum eſſe Athenis, perhibet MOERIS: Ζώνιον, τὸ γυναικεῖον, Ἀττικῶς· ζώνη, ἡ τοῦ ἀνδρός. Moeridi ſuffragatur AMMONIVS (z): Ζώνη καὶ ζώνιον διαφέρει. Ζώνη μὲν γάρ ἐστιν ἡ τοῦ ἀνδρός. Ζώνιον δὲ, ἡ τῆς γυναικός, Equidem ipſa edoctus experientia, multis virorum doctorum comprobata obſervationibus, pulcre novi,

non

(y) *Epigrammat.* XLI.

(z) De *ſimilibus & differentibus vocabulis* h. v.

non ſemper ejusmodi grammaticos eſſe veraces. Non rarenter ex ſuo cerebro affingunt Graecorum ſermoni, quae ipſis Graecis nunquam venere in mentem. Qua propter nolim pro citatis auctoribus in univerſum promittere vadimonium, ad virilem ſaltem quod attinet cincturam. Dum enim veterum requiro diligenter auctoritatem, oleum perdo atque operam omnino omnem. At, ζώνιον in dialecto Attica proprie audiiſſe ſequioris ſexus cingulum, teſtes habeo ARISTOPHANEM (a):

Μόλις γὰρ εὗρον ἐν σκότῳ τὸ ΖΩΝΙΟΝ.
Vix enim inventus mihi eſt in tenebris cinctus.

& ALCIPHRONEM (b): Πρώτη Μυῤῥίνη τὸ ΖΩΝΙΟΝ λύσασα. *Primum Myrrhina ſolvit cingulum.* Ita melius longe, quam Q. SEPT. FLORENS CHRISTIANVS, Ariſtophanis interpres, ζώνιον Latinorum *cingulo* expreſſit nitidiſſimi epiſtolographi editor, STEPH. BERGLERVS. Nam differentiam eandem *cinctum* inter & *cingulum* faciebant Romani, qua Átticos ζώνην & ζώνιον diſcreviſſe, Gloſſatores nos docuerunt. M. VARRO (c): *Cinctus & cingulum, a cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum.* Atque hoc cingulo feminae circa eam corporis regionem ſeſe ſuccingebant, quae ventris imi venire ſolet nomine. Statua, non ita multo poſt proferenda in medium, hujus rei comprobabit veritatem: pro qua inſuper faciunt auctores graviſſimi. De Calypſone HOMERVS (d):

Ἀυτὴ δ᾽ ἀργύφεον φᾶρος μέγα ἕννυτο νύμφη,
Λεπ7ὸν καὶ χαρίεν, περὶ δὲ ΖΩΝΗΝ βάλεΤ᾽ ΙΞΥΙ.
καλὴν, χρυσείην.

Ipſa autem candidam togam ingentem induit Nympha
Tenuem & venuſtam, ac ZONA cinxit LVMBOS
Pulchra, aurea.

Ἰξὺς vel ἰξὺη eſt in ultima trunci humani parte (e) & duobus oſſibus, quae Anatomicis

(a) *Lyſiſtrat.* v. 72

(b) Lib. I. epiſt. 39. pag. 188. edit. Bergleri.

(c) De *ling. lat.* lib. IV. p. m. 29.

(d) *Odyſſ.* κ΄. 543.

(e) Vide ANVT. FOESII *oeconomiam Hippocratis* pag. 284. ſeq. & POLLVCEM lib. II. ſegm. 182.

natomicis *innominata* (f) dicuntur, conſtat, propterea etiam, quod ibi erat cingulum, ζώνης nomen apud Graecos ſortita. EROTIANVS (g): Ζώνη· ὁ τόπος εἰς ὃν ζωννύμεθα· ἔνιοι δὲ τὴν ὀσφὺν ἐνόμισαν. HESYCHIVS quoque explicat τὸν ὑπὸ τὴν γαστέρα τόπον. Homero comitem adjungere licebit MARTIALEM (h):

Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis.

Hanc putarim rationem, cur PINDARVS (i) puellas dixerit βαθυζώνους, i. e. *profunde cinctas*; quoniam in fundo veluti ventris cinguli erat locus; licet ignorem minime, βάθυ compoſitarum vocum saepiſſime intendere ſignificationem. Quod ſi autem ſtrophia modo vidimus ſumtuoſiſſima: non minor fuit in his zonis elegantia faſtusque. CALLIMACHVS (k) de Dianae cingulo:

- - - - ΧΡΥΣΕΑ μέν τοι
Ἔντεα καὶ ΖΩΝΗ.

- - - - *AVREA quidem tibi*
Arma & zona.

Hinc OPPIANO (l) vocatur παρθένος χρυσόμιτρις, *virgo aureo redimita cingulo*. Immo gemmatum fuit. NEMESIANVS (m):

Corruges ſinus GEMMATVS baltheus arctet.

Vt vero quis in animum ne inducat ſuum, haec, de Diana ſcripta, in mortales haud quadrare feminas; prodeant quingentae virgines, in Ptolemaei Philadelphi pompa incedentes, quas ATHENAEVS (n) fuiſſe teſtatur κεκοσμημένας χρυ-

τῶσι

(f) Conf. Excell. LAVR. HEISTERI *compend. Anatomic.* pag. 37.

(g) Pag. 26. edit. H. Stephani.

(h) Lib. XIV. epigr. 151.

(i) *Iſthmic.* Od. VI. v. 109. Adde HOMERVM Odyſſ. γ. 154.

(k) *Hymn. in Dianam.* v. 111.

(l) De *venatione* lib. II. v. 2.

(m) *Cynegetic.* v. 92. ad quem locum quae notarunt interpretes, legiſſe non pigebit quemquam.

(n) *Deipnoſophiſt.* lib. V. pag. 200.

χιτῶσι πορφυρέοις ΧΡΥΣΩ ΔΙΕΖΩΣΜΕΝΑΣ, *tunicis porphyreis amictas cum CINGVLO AVREO.* Ob cingula quoque, pretioſis lapillis ſuperbientia, graviter objurgat TERTVLLIANVS (o) aevi ſui mulieres. Quid, quod vehementiſſime omni ſtudio atque opera elaborarunt olim feminae, ut haec veſtimentorum particula cum nitore, tum pretio, eſſet quam exquiſitiſſima. Ἐοίκασι, ſcribit EVSTATHIVS (p), ΦΙΛΟΤΙΜΩΣ αἱ πάλαι γυναῖκες ἔχειν τῦ ΖΩΝΝΥΣΘΑΙ. *Videntur mulieres veteres, ZONAE ut eſſent ELEGANTES, admodum STVDVISSE.* Vel inde hoc diſcimus, quod, quae pulcre zonata, formae praeſtantia antecellere ceteras, cenſebatur. Εὔζωνος enim γυνὴ tantundem fuit Graecis ac *formoſiſſima mulier.* Frequenter eo ſenſu legitur apud HOMERVM, ex quo locorum bigam (q) adduxiſſe ſufficiat:

Χωόμενον κατὰ θυμὸν ΕΥΖΩΝΟΙΟ γυναικός.

Iratum animo propter mulierem pulcram.

Et iterum:

Η δὲ γυναῖκας ΕΥΖΩΝΟΥΣ, πολιόν τε σίδηρον.

Et feminas venuſtas ſplendidumque ferrum.

Quoniam vero Ceſtus (r), ſive cingulum, quem Veneri tribuit ſuperſtitioſa vetuſtas, palmam reliquis omnibus eripiebat: hinc eum praeter gratiam, venuſtatem quoque miram, & ad illectamenta efficacem, conciliare portantibus, pronum erat fabulari credulis. Hac de cauſſa Graecis, quum formam vellent pingere ſupra modum egregiam, & ad venandos juvenes aptam, inſedit opinio, ſe melius id exprimere haud poſſe, quam ſi dicerent, κεϛὸν ἔχει τῆς Ἀφροδίτης, *Ceſtum Veneris habet.* LIBANIVS (s): Δοκῶ τὴν κόρην τὸν τῆς ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΕΣΤΟΝ

(o) De *habitu mulier.* lib. I. cap. VII.

(p) Ad *Iliad.* β. pag. 196. edit Baſil.

(q) Prior locus deſumtus eſt ex *Iliad.* α. 429. ubi ſcholia minora τὸ εὐζώνος eo, quo diximus, ſenſu praecipiunt accipiendum; licet corrupte ibi hodie legatur καλῶς pro καλῆς. Poſteriorem invenies *Iliad.* ψ. 261. Plura ſi deſideras, evolve *Iliad.* ζ. 467. & ι. 366. 586. & 663.

(r) Ceſti deſcriptionem belliſſimam dedit HOMERVS *Iliad.* ξ. 215. ſeqq.

(s) In *enarrationibus de pulcritudine* Tom. II. Opp. a Fred. Morello edit. pag. 710.

ΚΕΣΤΟΝ ΔΙΑΖΩΝΝΥΣΘΑΙ *καὶ διὰ ταύτην τοὺς νέους θηρᾶν. Exiſtimo virginem VENERIS ACCINCTAM eſſe CESTO, & propter hanc venari adoleſcentes.* Auctor epiſtolarum amatoriarum, quem perperam (t) ARISTAENETVM, Nicaea Bithynum, credunt (u): *Τῶν χαρίτων πάντων ἡ Λαῒς τὸν* ΚΕΣΤΟΝ ΥΠΕΖΩΣΕΤΟ. *Omnis venuſtatis CESTO ſe CINXIT Lais*, i. e. venuſtiſſima videtur aſpicientibus. Hoc ipſum Ceſti nomen proprium erat cingulo, quo virgines, nuptiale lectum aſcenſurae, praecingebantur. LVTATIVS, Statii ſcholiaſtes (x): *CESTOS dicitur cingulum Veneris, QVO VTIMVR ad honeſtas NVPTIAS; & quando virgo Cadmo nupſerat Harmione, ideo hoc junxit.* Hoc tamen diſſimilitudinis habuit Venereus ceſtus cum iſto nuptiali, ut poſterior ornatu & pretio multum illi cederet. Nam, FESTVS (y) vera ſi retulit, ſponſarum zonae tantum fuerunt laneae. Idem auctor frugalitatis hujus hanc profert rationem: *CINGVLO nova nupta praecingebatur, quod vir in lecto ſolvebat, factum ex LANA ovis: ut, ſicut illa, in glomos ſublata, conjuncta inter ſe ſit, ſic vir ſuus ſecum cinctus, vinctusque eſſet.* Verum, expendenti conditionem aevi illius, quo Feſtum autumant floruiſſe viri docti, adeo miſerrime comparatam, ut indies non gliſceret, ſed incrementa mira caperet rerum bonarum inſcitia; ſimul autem cogitanti, ubi litterae pereunt, ibi plerumque fieri, ut, qui ex veterum interpretatione aliquam ſatagunt capere gloriolam, ad myſticum ſenſum, de quo auctores ne quidem ſomniarunt, venandum animum appellant ſuum, ne nihil dixiſſe credantur: tuto ſatis, & citra metum oppoſiti, Feſto ſubſcribere poſſe veritatis ſcrutatores, haud videbitur. Profecto, ſymbolica illa lanei ceſti explicatio ſi ex eo venit aeſtimanda, quod de nodo perhibet Herculaneo, quo idem conſtringebatur, in cauſſa concidit Feſtus. *Hunc* ceſtum, pergit, *Herculaneo nodo vinctum vir ſolvit ominis gratia: ut ſic ipſe ſit felix in ſuſcipiendis liberis, ut fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit.* Inter omnes conſtat, veteres opera ſtupenda, nec a quovis exantlandos labores & quod in ſuo genere maximum, modo *Hercu-*

(t) STEPH. BERGLERVS *ad Alciphronem* pag. 2. *Imitatur Alciphronem in hac re, uti alias, auctor epiſtolarum amatoriarum, quarum prima inſcribitur* Ἀρισταίνετος Φιλοκάλῳ. *Nam in ea ipſa quaſi* ἀρισταινέτης *aliquis fingitur* egregie laudans *amicam*, elegantiarum amatori. *Vnde nimis ſecure creditur Ariſtaenetus vocatus fuiſſe ille auctor.*

(u) Lib. I. epiſt. 1. pag. 7. edit. Antw. Conf. IO. BVRCH. MENCKENII diſſ. *de eo, quod placet* §. 8.

(x) Ad *Thebaid.* II. v. 283.

(y) Voce, *Cingulum.*

Herculeum dixiſſe, modo *Herculaneum*. Ita PROPERTIO (z), *HERCVLEO ſtructa labore via*, ea appellatur, quae a ſolo propemodum Hercule poterat perfici. Et apud PLINIVM (a) *Herculaneae formicae* aliae ſunt nullae, quam magnitudine ſingulares: quo ſenſu etiam idem *ficus* dixit HERCVLANEAS (b). HERCVLANEVS igitur *nodus* is erit, qui eum in modum nexus, ut facili opera ſolvi nequeat. Quam interpretationem juvat laudatus PLINIVS (c), dum alibi ſcribit: *Vulnera modo Herculis praeliganti, mirum quantum ocyor eſt medicina.* Quo arctioribus enim nodis, & in ſemetipſos implicatis, obligatur vulnus, ut aeris arceſſatur acceſſus, eo citius coarctatum percuratur. His accedit, quod NIC. PEROTTVS (d), auctoritate nixus PLINII (e), quem tamen non nominat, Herculem hujus nodi primum ait fuiſſe auctorem. Faceſſat ergo cum iſthac explicatione myſtica FESTVS, perinde ac MACROBIVS (f) & ATHENAGORAS (g), qui, neſcio quam, hunc nodum inter & eum, quem dracones in Mercurii repraeſentant caduceo, ſibi fingunt ſimilitudinem, multa de ejus fabulantes origine. Ejusdem farinae cenſeo explicationem hujus nodi, STATIVS quam dedit (h):

- - *inſigni geminat concordia nodo* (i).

Hanc eum in finem affero, qui hoc exemplo doceatur, in rebus arbitrariis, & quae nullam habent ſignificationem, ſemper in alia omnia abire quoscunque. Quicquid tandem fuerit, Herculaneus nodus, ex mea opinione, quam obtrudo nemini, in appoſita ſtatua eſt adumbratus (k). Ex corona id conjiciendo aſſequor, quam manu puella tenet, nuptiarum tempore Veneri offerenda. AGATIAS (l):

Tῆ

(z) Lib. I. eleg. 16. v. 4.

(a) *Hiſt. Nat.* lib. XXX. cap. 4.

(b) Lib. XIV. cap. 18.

(c) Lib. XXIIX. cap. 6.

(d) In *Cornucopiae* l. *ling. Lat. comment.* pag. 591. edit. Aldin.

(e) Eo, quem modo citavimus, loco.

(f) *Saturnal.* lib. I. cap. 19.

(g) In *Apologia pro Chriſtianis* pag. 160. edit. Rechenberg.

(h) Lib. I. *Sylvar.* II. v. 240.

(i) Pleraeque editiones h. l. habent, ſine ſenſu, *taeda*, in cujus locum ſcite ſurrogavit Cel. ARN. DRAKENBORCH ad *Silii Italici* lib. VII. 447. *nodo*.

(k) Mutuam ſumſi eam ab OCT. FERRARIO *de re veſtiaria* Part. I. p. 230.

(l) *Antholog.* lib. VI. cap. 7. epigr. 11.





ΤΗ͂ ΠΑΦΙΗ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ, τῇ Παλλάδι τὴν πλοκαμῖδα,
'Αρτέμιδι ζώνην ἄνθετο Καλλιρόη.

VENERI COROLLAS, Mivervae cincinnas
Dianae zonam poſuit Callirhoe.

Vnicum addo, hujus nodi ſolvendi negotium ſponſo antiquitus fuiſſe demandatum. HOMERVS (m):

ΛΥΣΕ δέ οἱ ΖΩΝΗΝ, ἰδὲ εἵματα σιγαλόεντα
Ἔκδυε, καὶ κατέθηκεν ἐπὶ θρόνε ἀργυροήλου
ΑΓΧΙΣΗΣ.

SOLVIT autem illi CINGVLVM, & veſtes ſtupendas
Exuit, ac depoſuit in ſellam, aureis clavis confixam,
ANCHISES.

VARRO (n): *Novus maritus taciturnus* (ſic) *ſolvebat cingulum.* IVL. CAES. SCALIGER (o) autem, ſine ullo tamen teſte, id muneris promneſtriae adſcribit. Fortaſſis innuit haec CATVLLI (p):

- - *Tibi virgines*
Zonula ſolvunt ſinus

Solutum hoc modo cingulum quo tempore, quibusque ritibus, in Dianae illatum fuerit aedem, de eo in hunc usque diem legendo nihil comperi.

Indagaturus nunc, quam ob rem zonae praeſertim in nuptialibus ſacris Dianae fuerint dedicatae, haud reor incongruum, ſententiae, in quam rebus omnibus ponderatis, diſcedendum eſſe animadverti, ſummam paucis in limine ſtatim ediſſerere, uberius in progreſſu & per partes explicandam ſtabiliendamque. Huc autem redit. Quoniam Diana olim virginum fuit numen tutelare, adeo, ut ipſi peculiari ritu darentur conſecrarenturque; a vero abludit proxime,

(m) *Hymn. in Venerem* v. 165.

(n) In *Gerontodidaſcalo* apud NONIVM pag. 1245. Adde, ſi vacat, MARC. DONATI *dilucidationes in Ael. Lampridium* Tom. VI. Lampad. art. Gruter. pag. 937. ſq.

(o) *De re poetic.* lib. III. p. m. 351.

(p) In *nuptias Iuliae & Manlii* v. 52.

proxime, viro nupturas, cingulos, incorruptae verecundiae ſymbola, eadem devoviſſe de cauſſa, quae rationem vivendi novam auſpicaturos impellebat, ut priſtinae conditionis inſtrumenta iis figerent diis, in quorum vixerant clientela. Hi enim quemadmodum eo ipſo ſignificare volebant, ſe relictis prioribus ad alia accedere ſacra novosque ſibi ſumere deos tutelares: ita aliorſum non valuiſſe cinguli dedicationem, haud amplius erit ambiguum, ubi perſpicue docuero, primum, Dianae fuiſſe in fide virgines, ipſius initiatas religioni; deinde, zonam conſtituiſſe virginitatis inſigne; & denique, alios quoque homines religioſos, quum ad vitae genus accederent aliud, derelinquendi ſtatus ſymbolum ad numina detuliſſe, quorum ſacris fuerant in primis addicti. Ad primum quod attinet momentum, apud Athenienſes, praecipuos τῆς Λυσιζώνε cultores, peculiari apparatu in Dianae clientelam tradebantur virgines. Deſtinatus huic ſolemnitati erat pagus quidam, cujus nomen & inſuper ſitum quodammodo, indicat HESYCHIVS: Βραυρών· τόπος τῆς Ἀττικῆς. STEPHANVS (q): Βραυρὼν, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Βραύρωνος ἥρωος. *Brauron, populus Atticae a Braurone, heroë,* nomen conſecutus. Meminit ejus etiam STRABO (r), cujus tamen languentem ita deprehendimus relationem, ut non laborare, ſed periiſſe exiſtimaveris; licet qui medicinam ei afferrent, minime defuerint. Etiamnum hodie ſupereſt pagus ille, haud procul a Marathone remotus, diciturque, teſte IAC. SPONIO (s), *Vrana;* nomine, quod ex priſco illo recentiorum Graecorum perverſa exſculpſit pronuntiatio. Hunc vicum prae aliis ſelegerant ad virginum initiationem, quod cultus ibi vigebat Dianae percelebris, a DIPHILO decantatus (t):

ὯΩ τάν, δ' ΕΠΟΠΤΕΥΟΥΣΑ καὶ κεκτημένη
ΒΡΑΥΡΩΝΟΣ ἱεροῦ θεοφιλεστάτον τόπον,
ΛΗΤΟΥΣ Διός τε τοξόδαμνε ΠΑΡΘΕΝΕ.
O DEA TVTELARIS atque domina
BRAVRONIS ſacri, loci diis gratiſſimi,
LATONAE & Iovis filia, o! VIRGO arcu domans feras.

Quidni

(q) De *urbibus* pag. 241. edit. Berckel.

(r) *Geograph.* lib. IX. pag. 611. edit. Almeloveen.

(s) Vid. Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grece & du Levant, fait par IAC. SPON & GEORG. VVHELER, Tom. II. p. 239.

(t) In *Holenephoris* apud ATHENAEVM lib. VI. p. 223.

Quidni autem locus haberetur longe ſanctiſſimus, Dianae gloriatus ſimulachro, cui auctoritatis haud paullulum conciliarat antiquitas. Imaginem Dianae Tauricae ſecum avectam ibi reliquerat Iphigenia, in Graeciam redux. Relata haec legimus apud PAVSANIAM (u), qui etiam a Xerxe, Graeciam vaſtante, ex delubro ſublatam eſſe effigiem illam vetuſtam, memoriae prodidit (x). At, metuo, ut Perſarum rex Tauricae ſtatuae ſacrilegas attulerit manus, quippe eam, PLVTARCHO (y) ſi adjungimus fidem, multo ante abripuerant Pelaſgi. Illo ipſo in pago, quum anniverſaria ſacra, Βραυρώνια appellata, conficerentur, virgines quoque devovebantur Dianae. De tempore hujus feſti, & quoties fuerit repetitum, opinionis diſſenſione, ut a viris doctis diſcreparem, curata in hocce argumentum inquiſitio me coegit. FLOR. CHRISTIANVS (z), IO. MEVRSIVS (a), IO. IONSTONVS (b), &, ſi qui praeterea ſunt alii de feſtis Graecorum commentatores, ad unum omnes uno ore pronuntiant, quinto quovis anno Brauronia recurriſſe. Nituntur quidem POLLVCIS (c) auctoritate, expreſſe ſcribentis: Δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς ΠΕΝΤΑΕΤΗΡΙΔΑΣ, τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν ΒΡΑΥΡΩΝΙ κ. τ. λ. *Decem hi exiſtentes, ſacrificia offerebant QVINQVENNIA: ſacrificium ſcil. in Delum, in BRAVRONEM* &c. At, feſtum, de quo Polluci ſermo eſt, disjunctum, & tempore, & natura, ab eo fuit quam longiſſime, in Dianae honorem quod agitabatur. Quinquennales iſtae Brauroniorum feriae Baccho habebantur, quas ab illis Dianiis probe diſtinguendas Cel. TIB. HEMSTERHVIS (d) monuit. Neque in errore verſatum, quum duplicia Brauronia ſtatueret, virum doctiſſimum, intelligitur ex vetuſto in DEMOSTHENEM ſcholio, quod ex codice Lutetiano excerptum publicavit HIER. VVOLFIVS (e): Βραυρὼν, τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. *Brauron locus eſt in regione Attica, in quo Bacchinalia agitabantur, & ebrii multa ſcorta rapiebant.* Profecto, aut me fallunt omnia, aut iſtae ceremo-

niae,

(u) In *Atticis* cap. XXXIII. p. 80.

(x) In *Arcadicis* cap. XLVI. p. 694.

(y) De *virtutibus mulierum* pag. 274.

(z) Notis ad *Ariſtophanis Pacem* loco mox citando.

(a) In *Graecia feriata* lib. II. pag. 745. Tom. VII. Theſaur. Gronov.

(b) De *Feſtis Hebraeorum & Graecorum* cap. 4. l. c. pag. 895.

(c) *Onomaſt.* lib. VIII. ſegm. 107.

(d) Ad *Pollucis* lib. IX. ſegm. 74. pag. 1046.

(e) In *Orat. contra Cononem* p. 1415.

piae, multum impiiſſimae, in Dianae cultum, pudice peragendum, nullo conveniunt modo. Merito igitur & jure ſummo easdem rejeceris in Bacchi Brauronia, quae ſingulis quinquenniis celebrata, perſpicuis verbis teſtatur ARISTOPHANES (f):

ΤΡ. Αὕτη θεωρία 'στιν, ἣν ἡμεῖς ποτὲ
Ἐπαίομεν ΒΡΑΥΡΩΝΑΔ' ὑποπεπτωκότες
Σαφ' ἴσθι, κἀλήφθη γε μόλις. ΘΕ. Ὦ δέσποτα,
Ὅσην ἔχει τὴν ΠΡΩΚΤΟΠΕΝΤΕΤΗΡΙΔΑ.

TR. Nempe haec legatio ſacra: nos olim antea
BRAVRONE potabundi eam depuvimus:
Et capta vix eſt, ſi quid es memor. FAM. O here!
Proh qualis illi CVLIQVINQVENNALITAS.

Recte ſi commemini, IO. MEVRSIVS, ejusdem Comici innixus fide, quum *Graeciam feriatam* juris faceret publici, alio loco jam (g) docuerat, illa Bacchi cum Dianae Brauroniis nequaquam eſſe miſcenda; ut adeo mirum videatur, virum in Graecia minime hoſpitem, poſtquam cognoverat veritatem, communi opinione abreptum in errorem. Immo, eo magis miremur neceſſe eſt, quoniam vel ipſa hujus ſolemnitatis & conſtitutio, & ſcopus, ejusdem infrequenti celebrationi adverſabatur. Virgines enim decennio majores ſi initiare Dianae creditum fuit nefas, ut mox audiemus; ad illam vero aetatem in copioſa Athenarum urbe quotannis haud paucas perveniſſe veroſimile eſt: Dianae Brauronia inter anniverſaria ſacra omnino veniunt numeranda. Quid multa opus eſt diſputatione? Habeo auctorem locupletem, qui aperte dicit, quotannis, menſe Munychio, qui cum Martio noſtro paene convenit, iſta ſacra peracta. LIBANIVM innuo, quem num alii jam ſint teſtati, (h) nondum animadverti (i). Ἐν ἑτέρῳ, inquit, μηνὶ, ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ οἶμαι, καὶ τὰς παρθέ-

νους

(f) *Pac.* v. 873. ſqq.

(g) De *populis Atticae* pag. 703. Tom. IV. Theſaur. Gronov.

(h) Haec quum jam prelum exerceret opella, vidi LVD. CAEL. RHODIGINO jam obſervata haec Libanii verba *lect. antiqu.* lib. XXVI. cap. 19. pro Martio tamen perperam dixit Ianuarium.

(i) Orat. XXXII. de *Diana* Tom. II. pag. 666.

νους Ἀρτέμιδι πρὸ γάμων ἀπάγουσιν, ἵνα ΠΡΟΤΕΘΕΡΑΠΕΥΜΕΝΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, οὕτως ἐπὶ τὰ Ἀφροδίτης ἴωσι. *Alio menſe, qui MVNYCHION, ut arbitror, nuncupatur, virgines ante nuptias ad Dianam adducunt, ut DIANA PRIVS CVLTA, ſic ad Veneris ſacra pergant.* In eum, quem dixi, locum ſtatuto tempore puellae incorruptae ex omni Attica accurrebant, ut Dianae nuncuparent votum. Quae quum ita eſſe appareat, perperam HERODOTI (k) interpres verba, quibus refert, raptas eſſe, ὑπὸ Πελασγῶν ἐκ Βραυρῶνος τὰς Ἀθηναίων γυναῖκας, de graeco latine vertit, *a Pelasgis ex Braurone Athenienſium feminas.* Non *feminas,* quod nomen nuptas complectitur: ſed puellas virgines Pelasgos praedatos, & feſti hujus loquitur finis, & vocis graecae γυνὴ acceptio ita eſt comparata, ut, notante PHAVORINO, de cujuscunque aetatis muliere adhibeatur, in ſpecie vero de virgine, ut in his ACHILLIS TATII (l): Καίτοι τὸ πρῶτον ἠρνεῖτο ἰσχυρῶς ἡ γυνή; *primo quidem obſtinate negabat virgo.* Quod ſi itaque reddere diſplicuiſſet *virgines:* vocabulum in promtu erat acceptionis generalioris, nempe *mulier,* quippe quod communiter de ſexu dictum *virginem* quoque continet (m). De ritibus iſta conſecratio quibus ſit facta, antiqui, vel, ut loquar rectius, temporis edacitas, ſcire nos voluere perpauca. Homeri decantaſſe Rhapſodos Iliada, & Dianae in ſacrificium oblatam capram, HESYCHIVS (n) mandavit litteris. Verum, ne modulata haec Iliadis recitatio in Bacchi ſit honorem facta, erit expendentibus, quod vereantur. Amictas veſte crocea virgines, ARISTOPHANES (o) docet;

> Οὖσα τ' ἀρχηγέτις,
> Κατέχουσα ΚΡΟΚΩΤΟΝ, ἄρκτος ἢ Βραυρωνίοις.
>
> *Ducisque partes gerens,*
> *Amicta VESTE CROCEA, urſa eram in Brauroniis.*

Hinc ſimul diſcimus, & ſacram proceſſionem, quam vocant, in Brauroniis inſtitutam, & virginem, Dianae dicandam, vocatam eſſe ἄρκτον. Nominis hujus originem

(k) Lib. IV. cap. 145.

(l) De *Clitoph.* & *Leucipp, amor.* lib. IV. pag. 233.

(m) Vid. TERTVLLIANVS de *velandis virginibus* cap. 4. & 5.

(n) Vocabulo, Βραυρωνίοις.

(o) *Lyſiſtrat.* v. 645.

originem ita ediſſerunt HERODOTVS (p), ARISTOPHANIS interpretes Graeci (q), SVIDAS (r) & alii. Alebatur quodam tempore in populo Philaidarum urſa, ita circur, ut ſine ulla noxa huc illuc pervagaretur. Laceſſita vero aliquando a puella, petulantius colludente, ad genium reverſa beſtia eam dilaniavit. Fratres, ſororis indignati caedem, jaculis urſam interemerunt. Quod graviter ferens Diana peſtem immiſit in regionem Atticam. Hujus averruncandae ergo oraculum conſulentes tulerunt reſponſum, prius non ceſſaturum malum, quam virgines compuliſſent τῆς τελευτησάσης ἄρκτου ἀρκτεύειν. Equidem pro narrationis hujus veritate adeo non ſpondeo, ut potius propterea appellatas conjiciam virgines ἄρκτους, quod ἀρκτεύειν ſignificat, *optimum*, i. e. caſtimoniam, *conſecrare Dianae;* ex quocunque tandem fonte iſtud verbum veniat derivandum. Codex CCCXLV. Bibliothecae Coislinianae (s): Ἀρκτεῦσαι λέγεται τὸ ὥσπερ ΑΡΙΣΤΟΝ ΑΦΟΣΙΩΣΑΣΘΑΙ τῇ Ἀρτέμιδι. Eadem ſacra peragere etiam dicebatur δεκατεύειν. *Etymologici M.* (t) compilator: Λέγεται καὶ τὸ ἀρκτεύειν, ΔΕΚΑΤΕΥΕΙΝ. Appellationis rationem reddit in ſequentibus: Ἐπειδὴ ἐθεράπευον τὴν Ἄρτεμιν αἱ παρθένοι περὶ τὸν ΔΕΚΑΕΤΗ χρόνον οὖσαι (u). Neque enim quinquennio minores, aut decennio majores ad ſacra Brauronia admittebantur, ſicuti obſervant HARPOCRATION & HESYCHIVS (x). Hujus nempe aetatis virgines obtinuerat a Iove precibus Diana. CALLIMACHVS (y):

- - - ἑξήκοντα χορήτιδας Ὠκεανίνας
Πάσας ΕΝΝΕΤΕΑΣ. -

- - - *Sexaginta tripudii ſocias Oceaninas*
Omnes NOVEM ANNOS NATAS.

Cogitanti apud animum, quid fuerit denique, quod puellas tam mature in clientelam Dianae dandas putaverint veteres, viſum eſt haud inepte ejus conſuetudinis

(p) Lib. VI. cap. 138.

(q) Ad *Lyſiſtrat.* l. c.

(r) Voce, Ἄρκτος.

(s) Vid. Vener. BERN. MONTFALCONII *Catalog. Biblioth. Coislin.* pag. 607.

(t) Vocabulo, Δεκατευτήριον.

(u) Ita corrupta Etymologi verba emendavit I. H. LEDERLINVS ad *Pollux.* lib. V. ſegm. 81.

(x) Vterque voce, Δεκατεύειν.

(y) In *Dianam* v. 14.

tudinis inde arceſſi poſſe rationem, quod ob caeli temperiem calidiorem, quam Graecia Italiaque experitur, mature ad pubertatis annos decurrentes, maturius quoque, quam in frigidioribus fieri aſſolet regionibus, ſint deſponſatae. Qua de cauſſa, ne plane in Dianae fidem non venirent, decimus jam ei caerimoniae deſtinatus erat aetatis annus. Per adoleſcentulas certe Athenienſes filias in matrimonium elocabant. Sic de nuptiis puellae ſeptennis l. octennis me quid legiſſe olim memini apud Comicum; cujus tamen verba nunc neque ſuccurrunt, neque ob temporis anguſtiam vacat inveſtigare. Apud Romanos in mulieribus duodecimus annus erat, quo pubertatis definiebatur tempus, & jure licebat, eas in juſtae uxoris habere loco (z). Immo, decennes adhuc in matrimonium eſſe abductas, teſtis eſt lapis vetuſtus apud RAPH. FABRETTVM (a):

L. MVSSIVS
TROPHIMVS
CALLITYCHE. LIB.
ET. CONIVGI. SVAE.
OPTIMAE. ET MERITIS
SVIS. CARISSIMAE
CVM. QVA. VIXIT. ANNIS
XXXXII. TVLIT
ANNOS. LII.
ET. SIBI

Itidem alius, ab eodem editus Fabretto (b):

D. M.
VALERIE. PROCLE. CONIVGI. DVL
CISSIME. QVAE. VIXIT. ANNIS XXII.
CON. COIVGE. VIXIT. ANNIS. XII. DIEB.
XXX. FECI. COIVGI. BENEMERENTI
SEXTVS. NERIANVS. FELIX

Ad

(z) Vide ſis BARN. BRISSONIVM de *jure connub.* pag. 116 & FR. HOTOMANNVM de *ritu nupt. & jure matrimon.* cap. 11. pag. 438.

(a) *Inſcript.* cap. IV. pag. 325.

(b) Cap. IIX. pag. 596.

Ad Romanos quod adtinet, apud eos non minus ac in Athenarum urbe puellae in Dianae tradebantur clientelam. Satis habeo hanc rem teſtimonio communiiſſe CATVLLI (c), ita canentis:

DIANAE ſumus in FIDE
PVELLAE.

Neque enim, quibus praecipue caerimoniis Romae votum fecerint iſtud virgines, tacentibus veterum monumentis, habeo dicere. Quapropter ad alterum momentum, probandum quod in me recepi, progredior: cingulum nempe reputaſſe antiquos intemerati pudoris inſigne. Hujus aſſerti veritas primum eluceſcit ex eo, quod olim, quae ob aetatem Dianae ſacris nondum erant initiatae, ἀμίτροι vocabantur, vocabulo bis apud CALLIMACHVM (d) obvio. Scholiaſtes quidem ἀμίτρους dictas contendit, μὴ διαπαρθενευόμενας. At male. Ita enim ἀμίτροι forent potius, quae poſita mitra virginitatis paſſae eſſent diminutionem (e); cujusmodi Dianam averſatam eſſe, aliunde conſtat. Intelligit potius μικρὰς, ut HESYCHIVS (f) explicat illud vocabulum, i. e. tales, quae nondum in Deae commiſſae fidem virginitatis ſumſerant zonam. Sicuti igitur apud Germanos priſcos atque Arabes (g) eos demum virilis aetatis conſecutos novimus privilegia, qui gladio erant accincti: ita puellae in virginibus ante non reputabantur, quam zona ipſis eſſet circumpoſita. Porro idem ex hoc quoque convincitur, quod cingulum ſexcentis in locis epitheton habet *virgineum*. HOMERVS (h):

Λῦσε δὲ ΠΑΡΘΕΝΙΗΝ ζώνην - -

Solvit autem VIRGINEAM zonam

EVRIPIDES (i):

- - - ἔνθα ΠΑΡΘΕΝΕΙ' ἔλυσ' ἐγὼ
Κορεύματα. - - - *ibi*

(c) *Carm. in Dianam* ſub initium.

(d) *Hymn. in Dianam* v. 14. & 43.

(e) Conf. EZ. SPANHEMIVS *ad loc. citat. Callimach.*

(f) Voce, ἄμιτρα.

(g) Vid. ALB. SCHVLTENS in *notis ad Hariris conſeſſum II.* pag. 43.

(h) *Odyſſ.* λ'. v. 244.

(i) *Alceſt.* v. 175.

- - - *ibi ego VIRGINEAM ſolvi*
Zonam.

MOSCHVS (k):

Οὐδ᾽ ἄρα ΠΑΡΘΕΝΙΚΗΝ μίτρην ἄχραντον ἔρυσθαι.

Nec VIRGINALEM zonam impollutam conſervatura.

Adde CATVLLVM (l):

Quod poſſet zonam ſolvere VIRGINEAM.

Hinc AESCHYLVS (m) eleganter virgines dixit, *quae circumjiciunt zonam.*

- - - ὁπόσαι
στρόφον ἐσθῆτος περιβάλλονται.

- - - *Quotquot*
Veſtibus circumjiciunt zonam.

Reſtat, ultimo loco ut evincatur exemplis, novam auſpicatos vivendi rationem prioris conditionis inſtrumenta & ſymbola iis dedicaſſe diis, quorum inprimis ſuſpexerant patrocinium. Quod quamvis dilucide compluribus documentis jam oſtendit Celeb. IO. GOTHOFR. LAKEMACHERVS (n): tamen abs re fore haud exiſtimo, duobus tribusque novis idem amplius firmare. Saturnus, quod teſte MACROBIO (o) in vinculis fuerat, hinc in ejus fide eſſe credebantur captivi, qui etiam propterea, quum ex carcere dimitterentur, eidem numini ſuſpendebant catenas. MARTIALIS (p):

Has cum gemina compede DEDICAT CATENAS
SATVRNE, tibi Zoilus.

Marmor

(k) *Idyll.* II. cui titulus, *Europa* v. 73.

(l) *Eleg.* LXVIII. v. 28.

(m) *Septem contr. Theb.* v. 875.

(n) In *Antiquit. Graec. ſacr.* P. I. cap. VII. pag. 247.

(o) *Saturnal.* lib. I. cap. 8.

(p) Libr. III. epigr. 29.

Marmor antiquum (q):

VENERI SACRVM
CASSIA I. L. PSECHAS.

Ψεκάδες dicebantur ancillae crinibus matronarum fucandis adhibitae, quarum numen proprium erat, ornatus muliebris praeſes, Venus. Hinc Caſſia, a Julia libertate donata, ſpeculum, aut pectinem, aut ſimile quid dederat Veneri. Ita quoque Daphnis paſtor, apud LONGVM (r), relicto rure urbanam ingreſſurus vitam reculas, diis ſuis diſtribuit ita, ut Pani fiſtulam tibiamque obliquam conſecraret, Nymphis autem pedum & mulctralia.

Venio ad ſacrificium, in Cinxiae Dianae cultu adolendum. Niſi expedienda prius fuiſſent ea, quae ad illuſtrationem tituli λυσιζώνου cum maxime faciebant, iſtum ſacrificalem ritum, quippe tempore priorem, ediſſerere nos oportuiſſet primo loco. Conſtabat autem iſtud ſacrificium ex farre toſto, conſperſo ſale, ſive mola ſalſa & juvencis, prout ab EVRIPIDE (s) deſcribitur:

Ἔκπεμπε παῖδα δωμάτων πατρὸς μέτα,
Ὡς χέρνιβες πάρεισιν ηὐτρεπισμέναι,
ΠΡΟΧΥΤΑΙ τε βάλλειν πῦρ καθάρσιον ἐκ χερῶν,
ΜΟΣΧΟΙ τε, ΠΡΟ ΓΑΜΩΝ ἃς θεᾷ πεσεῖν χρεὼν
ΑΡΤΕΜΙΔΙ.

Mitte filiam cum patre ex aedibus,
Quia ſacra aqua adeſt parata,
Et molae ſalſae, ut ex manibus conjiciantur in ignem luſtralem,
Et juvencae, quas ante nuptias oportet mactari deae
Dianae.

De aqua, cujus his verſibus mentionem facit Tragicus, obſervandum, eam Athenis ex fonte Calliroë olim, poſtea Enneacrunus, dicto, petitam partim ſacro uſui, partim ſponſarum deſtinatam fuiſſe lavacris, ſeu compluribus veterum

(q) Apud IAC. PHIL. TOMASINVM de *donariis* cap. XXXVII. p. 233.

(r) *Paſtoralium de Daphnide & Chloe*, lib. IV. pag. 136.

(s) *Iphigen. in Aulid.* v. 1110. ſqq.

rum teſtimoniis probatum dedere SAM. PETITVS (t) & IO. MEVRSIVS (u). Locus hic foret opportunus oſtendendi, ſacrificia, ex quibus alimenta deos capere gentilium erat perſuaſio (x), ritibus, in procerum hominumque beatiorum epulationibus uſitatis, fuiſſe factitata. Proclive curreret hujus rei demonſtratio, quandoquidem easdam caerimonias, e. g. vini libationem, concentum muſicum, thuris cremationem choreas &c. utrobique deprehendimus. Sed, ut hanc diſputationem alii reſervarem occaſioni, commodiori fortaſſis, temporis ſpatiique exiguitate coactus ſat habeo, quibusdam in praeſenti obſervationibus ſacra noſtra illuſtraſſe nuptialia. Primum obſervo, γαμηλίαν duplicis fuiſſe generis (y). Aliud erat ſacrificium, hoc appellatum nomine, quod Apaturiorum die tertio (Curioſis dicebatur) patres offerebant, quum filias in curialium recipiendas curarent numerum. Hujus ſolemnitatis, a POLLVCE (z), SVIDA (a) aliisque memoratae, ea erat neceſſitas, ut liberi, ex femina, in tribulium albo non inſcripta, ſuſcepti, jure civitatis Athenienſis crederentur privati. DEMOSTHENES (b) Euxithei, peregrinitatis poſtulati, perorans cauſam, ἔπειτα, inquit, τοὺς ἐγγυομένῳ παρόντας τῷ πατρὶ καὶ τῶν φρατόρων τοὺς οἰκείους, οἷς τὴν γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὑπὲρ τῆς μητρὸς ὁ πατήρ. *Deinde eos, qui ſponſalibus patris interfuerunt, & e curialibus cognatos, quibus nuptiale munus contulit pro matre pater.* Percredibile mihi fit, negotium hocce nomen a vocabulo γάμος accepiſſe propterea, quod, niſi illud praeceſſiſſet, ſecundum Athenienſium decreta legitimae nuptiae eſſe nequibant. Ab hac autem γαμηλία & loco, & tempore, & fine diverſa erant γαμήλια paulo ante nuptias factitanda. Quid, quod nomine etiam fuerunt diſcriminata; quandoquidem prius ſacrificium θηλυκῶς & ἑνικῶς, γαμηλία; poſterius vero οὐδετερῶς & πληθυντικῶς dictum fuit γαμήλια. MOSCHOPVLVS (c): Γενέθλια, πληθυντικῶς, ἡ ἐν γενέσει τινὸς τελουμένη ἑορτή· ὥσπερ γαμήλια, ἡ ἐν γάμῳ. Significanter autem plurium numero dicebantur ſacrificia nuptialia, quod ſecundo loco addimus. Nam uni-

ca

(t) Comment. de *legibus Atticis* p. 490.

(u) In *Ceramico gemino* cap. XIV.

(x) Vid. LVCIANVS de *ſacrificiis* Tom. Operum III. pag. 89. & in *Iove Tragoedo* pag. 427. 430.

(y) Adi ſis IO. MEVRSII *lection. Attic.* lib. III. cap. I.

(z) *Onomaſt.* lib. VIII. ſegm. 107.

(a) Voce, Γαμηλία.

(b) Orat. *adverſ. Eubulidem* p. 888.

(c) In *Sylloge diction. Atticarum.*

ca hoſtia antiquitus in nuptiis haud litabatur. Immo potius, quo quisque ditior, eo etiam ſumtuoſiora erant ſacra iſta. Antigonus, nuptias filii Demetrii & Nicaeae ſimulans, faciebat θυσίαν, verba ſunt POLYAENI (d), μεγαλοπρεπέα καὶ πανήγυριν ἑλληνικήν: *ſacrificium magnificum & panegyrin Graecorum.* Et, de Alexandro magno refert AELIANVS (e): Πέντε ἡμέρας καθεξῆς τοὺς γάμους ἔθυεν. *Quinque dies continuos celebravit nuptialia*, ſeu, ut rectius vertitur a GISB. CVPERO (f), *ſacrificavit propter nuptias.* Quidni autem, eſſent multum impenſiſſima, quum ſacrificuli quamplurimos ementirentur deos, qui nuptiarum tempore hoſtia caeſa adorandi? Iunoni a nupturientibus mactata ſacrificia illuſtrant BARN. BRISSONIVS (g) & FR. HOTOMANNVS (h). Veneri Ἐφόρῳ rem divinam factam, ſcribit PAVSANIAS (i). Veneri, cognomento Iunoni, a matribus litatum pro filiabus, legimus apud eundem auctorem (k). Gratias quoque hoſtia donatas, habet Etymologicum M. (l). His Iovem inſuper adjungit & Suadam, eorumque omnium ope opus habere matrimonium auſpicantes, ſcribit PLVTARCHVS (m): qui tamen in hunc referre catalogum oblitus eſt Dianae noſtrae παρέδρους, ſive adſeſſores, quemadmodum Parcae PINDARO (n) appellantur. POLLVX enim auctor eſt (o) has non ſecus ac cetera, quae indicavimus, numina in nuptiis placari oportuiſſe hoſtiis. Προτελείοις, inquit, ΠΡΟΥΤΕΛΟΥΝ τὰς κόρας, καὶ Ἀρτέμιδι, καὶ ΜΟΙΡΑΙΣ καὶ τῆς ΚΟΜΗΣ τότε ΑΠΗΡΧΟΝΤΟ ταῖς θεαῖς αἱ κόραι. *Sacrificiis placabant virgines Dianam & PARCAS. Tunc quoque COMAE PRIMITIAS iisdem deabus dabant puellae.* Memoratu in his digna ſunt, quae Lexicographus de comae differit tonſura, in Dianae Parcarumque facta honorem, quippe multum conducunt ad ea confirmanda amplius, quae de maximo deorum nuptialium agmine modo ſumus commentati. Ita enim in hunc cenſum admittere neceſſe eſt Hippolytum etiam; ſiquidem in Troezeniorum urbe legibus fuit ſanctum, ne quis puella prius do-

mum

(d) *Strategemat.* lib. IV. cap. VI. §. 1.

(e) *Hiſt. Var.* lib. VIII. cap. 7.

(f) *Obſervat.* lib. III. cap. 13. Eodem modo verti quoque debebat apud PLVTARCHVM in *Pompejo* p. 648. θύειν γάμους.

(g) De *ritu nuptiar.* p. m. 53.

(h) De *veter. rit. nupt.* cap. 19.

(i) In *Corinthiac.* cap. XXXIV. p. 193.

(k) In *Laconic.* cap. XIII. p. 240.

(l) Vocabulo, Γαμήλιαι.

(m) In *Quaeſtion. Rom.* p. 264.

(n) *Nemeonic.* Od. VII. v. 1.

(o) Lib. III. ſegm. 38.

mum duceretur, quam comam totondiſſet huic heroi. Debemus hujus inſtituti memoriam conſervatam EVRIPIDI (p), PAVSANIAE (q) & libelli de *Dea Syria* auctori (r). Addendae Hyperboreorum virgines, Opis, Loxo & Hecaerge, quibus Delienſes (s): & Iphigenia, Alcathoi filia, cui Megarenſes ſponſas comam delibaſſe (t), aliunde diſcimus. Argivi contra, STATIO (u) auctore, nupturientium cincinnos ſacros reputabant Minervae. Age vero, miſſa faciamus levidenſia, & potius exquiramus tonſurae hujus rationem. Expeditius, credo, eam haud inveſtigabimus, quam praecipuorum populorum circa huncce ritum ſi perpendimus opinionem. Quod ſi enim hac invenerimus via, raſuram capitis ſacram nunquam non voti impleti fuiſſe indicium: tuto inde licebit colligere, eundem in finem virgines quoque ſponſas poſuiſſe crinium primitias. In Hebraeorum natione qui נזירי זמן קצוב, *Naziraei ad tempus devoti*, audiebant, ſacri erant Iehovae (x) obſtrictique ad certa quaedam officia religioſe ſervanda. Exacto vero voti tempore detondebant caeſariem, in ignem ſub olla, in qua ſacrificium ſalutare coquebatur, conjiciendam (y). Graeci, puellos plerumque committentes fluminum patriorum tutelae, ſueverant iisdem ſpondere puerorum crinem, reſecandum ſi eos ad virilem usque aetatem ſervarent incolumes (z). Quapropter Achilles (a),

> Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο ΧΑΙΤΗΝ,
> Τήν ῥα ΣΠΕΡΧΕΙῼ ποταμῷ ΤΡΕΦΕ τηλεθόωσαν.
>
> *Stans ſeorſum a pyra flavamque abſcindens* COMAM,
> *Quam ſane* SPERCHIO *fluvio* ALEBAT *floreſcentem.*

huic Theſſaliae fluvio ſe purgaturus, quod votum nequiret explere, ait:

Σπερχεῖ,

(p) In *Hippolyto.* v. 1423. ſqq.

(q) In *Corinthiac.* cap. XXXII. p. 186.

(r) T. III. Opp. Luciani p. 798.

(s) CALLIMACHVS in *Del.* v. 297.

(t) PAVSANIAS in *Attic.* cap. XLIII. pag. 104.

(u) *Thebaid.* lib. II. v. 252.

(x) *Num.* VI. 5.

(y) Vid. H. RELANDI *antiquit. Hebr. ſacr.* P. II. cap. X. §. 4.

(z) POLLVX hac de re conſulendus lib. II. ſegm. 31.

(a) HOMERVS *Iliad.* ψ'. v. 141. ſqq. Conf. EVER. PEITHII *antiquitat. Homer.* lib. III. cap. 10.

Σπερχὲ, ἄλλως σοί γε ΠΑΤΗΡ ΗΡΗΣΑΤΟ Πηλεὺς,
Κεῖσέ με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Σοί τε ΚΟΜΗΝ ΚΕΡΕΕΙΝ.

Sperchie, fruſtra tibi utique PATER VOVIT *Peleus,*
Illuc me reverſum dilectam in patriam terram
Tibique COMAM ABSCISSVRVM.

Apud Syros ſimiliter juvenes capillitium, pro ipſorum ſalute Diis inde a nativitatis tempore conſecratum, in templo depoſuiſſe Hierapolitano, toties laudatus de *Dea Syria* ſcriptor commemorat (b). In civitate Romana eundem obtinuiſſe morem, ſatis ſuperque declarat Lycae apud PETRONIVM (c) interrogatio: *Cui deo devoviſti crinem;* quem clanculum praeſcidiſti? Quin immo; ſeptentrionis incolae eandem introduxerant conſuetudinem, ut crinem devoverent diis, prius non reſecandum, quam hoſtibus fugatis, aut iis, quae amiſerant, receptis; quemadmodum compluribus ad teſtimonium citatis auctoribus nuper firmavit IO. CHRISTOPH. CLEFFELIVS (d). Hac ipſa de cauſſa, quod nempe capitis raſura pars crederetur cultus gentilium ſuperſtitioſi, ſanctiſſimum numen Iſraelitis tulit legem (e), לא תקפו פאת ראשכם. Equidem nequaquam ſum neſcius, multis diſputaſſe IO. SPENCERVM (f), & diu ante eum MART. GEIERVM (g) monuiſſe, interdictum iſtud de tonſura funebri eſſe intelligendum. Attamen infirmo ita opinantes inniti fundamento, habeo perſpectum, ſtrictimque oſtendiſſe juvabit. Eo enim evicto ſententiae, quam de virginum tonſione fovemus, novum ex hac diſputatione accedet fulcimentum. Praecipuum, quo Spencerus militat, argumentum, proxime ſequens ipſi ſuppeditat verſus. Iubentur in eo Iſraelitae, ut *pro mortuo* ſibi ne faciant in carne inciſiones. Hinc ratiocinatur: *Quidni, illud* pro mortuo, *verſum hunc antecedentem afficiat, & ad capitis tonſuram barbaeque corruptionem ex aequo referatur?* At enim probe IO. CLERICVS (h), jam monuit, neceſſe eſſe nequa-

quam

(b) Tom. III. Opp. Luciani p. 798.

(c) In *Satyrico* p. m. 126.

(d) In *antiquitatibus Germanorum, potiſſimum ſeptentrionalium* cap. 9. p. 318. ſqq.

(e) *Levitic.* XIX. 21.

(f) De *Legibus Hebr. ritual.* lib. II. cap. 18. pag. 294 ſqq.

(g) De *luctu Hebr.* cap. VIII. p. 216. ſqq.

(h) Ad *Levitici* loc. citat.

quam, huic legi nexum intercedere cum ſequente. Praeterea, quod Spencerum oportebat evincere, S. S. loca complura (i), in quibus de tonſura funebri, apud Iudaeos recepta, ſermo eſt, aliter eſſe exponenda, id praeſtare non potuit. Sunt enim ejus generis, ut in alium detorqueri nequeant ſenſum. Iobus (k), nunciato liberorum interitu, ויגז את ראשו, *caput totondit ſuum*. Et IEREMIAS (l) expreſſe edicit Hieroſolymitanis: גזי נזרך, *Radite capita veſtra.* Neuter id feciſſet, niſi ita facere inſtitutis divinis fuiſſet conſentaneum. Neque etiam infringitur hujus argumenti vis eo, quod RASCHI (m) contendit, גז habere tantum לשון תלישת שער, *ſignificatum evulſionis crinium.* Nam alucinatur homo Iudaeus. Vocum Hebraearum ſignificatus cum maxime aeſtimandi ſunt ex uſu earundem biblico. Quod quum negat nemo: non de vellicatione, ſed de poſitione crinium omnimoda; nos oportet in citatis locis interpretari גז, quippe quod plerumque de ovium tonſura ſcriptores ſacri (n) adhibent. Quemadmodum enim ovibus cute tenus demitur lana: ita eundem habeat neceſſe eſt ſignificatum, quum de crinium raſura, in luctu uſitata, dicitur. Convenienter igitur aliorum populorum moribus Iſraelitae propter mortuos calvi fuerunt. ANTIPATER (o):

Ἀπλοκάμῳ χαίτην ἐν ΧΡΟΙ ΚΕΙΡΑΜΕΝΗΝ.

ATTONSO implexo vertice ad uſque CVTEM.

XENOPHON (p): Οἱ περὶ τὸν Θηραμένην παρεσκεύασαν ἀνθρώπους μέλανα ἱμάτια ἔχοντας, καὶ ἐν ΧΡΩ ΚΕΚΑΡΜΕΝΟΥΣ πολλοὺς ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ἵνα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἥκοιεν, ὡς δὴ συγγενεῖς ὄντες τῶν ἀπολωλότων. *Theramenis amici hisce feriis homines complures, ad CVTEM uſque RASOS, nigris veſtibus induunt; ut ii, tanquam eorum, qui periiſſent, propinqui hoc habitu ad populi conventum accederent.* Eo quoque progrediebantur, ut nec parcerent ſuperciliis. ARTEMIDORVS (q): Ἔθος παλαιὸν, ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλοῦσθαι. *Vetus*

mos

(i) Vid. *Ierem.* XLI, 5. *Ezech.* VII, 29. &c.

(k) Cap. I, 20.

(l) Cap. VII. 29.

(m) Ad *Michae* cap. I. v. ult.

(n) Vide ſis *Geneſ.* XXXIIX, 12. 1 *Sam.* XXV, 4. 2 *Sam.* XIII, 23.

(o) Citat hunc locum I. NICOLAVS de *Luctu Graecorum* cap. X.

(p) *Hiſt. Graec.* lib. I. pag. 449.

(q) *Oneirocritic.* lib. I. cap. 27.

mos eſt in luctu ſupercilia radati. Quid, quod & Aegyptios, ſi vel canis interiiſſet, totum corpus raſiſſe, DIODORVS SICVLVS (r) litteris mandavit; & Graecos Perſasque in funeribus jubam detraxiſſe equis, probant auctores vetuſti, in hanc rem laudati a Celeb. IO. CHRIST. VVOLFIO (s), tam bene de me meisque promerito ſtudiis, ut gratam beneficiorum memoriam non niſi cum vita ſim depoſiturus. Iuvat etiam nos, Moſen de ſuperſtitioſa raſura interpretantes, quod verbum נקף, quo optimus legislator tondendi exprimit actum, apprime convenit cum votivae tonſurae modo, apud ſuperſtitioſas gentes recepto. In Arabum ſermone, qui Hebraeo debet originem, [illegible] tantundem valet ac *ſcindendo detrahere particulam* (t): qui ſignificatus etiam competit τῷ ἀπάρχεσθαι, quum de crinibus in deorum venerationem raſis dicitur. Tunc enim exponendum eſt *detrahere aliquid* l. *primitias offerre.* PLVTARCHVS (u): Ἀπάρχεσθαι τῷ Θεῷ τῆς κόμης, *primitias offerre Deo.* HOMERVS (x):

Ἀλλ' ὅγ' ἀπαρχόμενος κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν.

Sed is primitias carpens, capitis pilos in ignem jecit.

Eandem phraſin de virginum tonſura uſurpatam invenimus ſupra in POLLVCIS verbis. Poſtremo pro nobis, ita ſentientibus, propugnat vocabuli פאת acceptio. Nam, *angulum* denotare, quis eſt, qui neſcit? Apte igitur explicaveris cum R. MOSE *Maimonide* (y) de iſto angulo, quem crines efficiunt in ſincipite, quum frontem verſus creſcunt; verſus tempora autem ſpatii aliquid relinquunt calvum. Quae quum ita ſint, clariſſime patet, legislatorem interdixiſſe tonſuram haud aliam, quam Graecis quae dicebatur Ἑκτορέαν, & nonnunquam Θησηΐς. In utraque enim non niſi frontis praecidebantur crines, quemadmodum ex TIMAEO (z) diſcimus & PLVTARCHO (a). Poterit igitur iſtius legis conciſae ſenſus in hunc modum commode circumſcribi: „Capital „eſto Iſraelitis, ullo idolo vota nuncupare, inque eorum ſolutionis ſignum co-

mam

(r) *Biblioth. Hiſt.* lib. I. cap. 84.

(s) In pereruditis notis ad *Sappbus carmina* pag. 81.

(t) Vid. I. GOLII *Lexic. Arabic.* p. 2443.

(u) In *vita Theſei* pag. 2.

(x) *Odyſſ.* ξ. v. 422.

(y) הלכות עבודת ככבים ומזלות cap. XI. §. 2.

(z) Apud POLLVCEM lib. II. ſegm. 30.

(a) In *Theſeo* loc. citat.

mam detondere circa frontem. „ Scopum quoque alium habere minime ſanctionem, quae in eodem commate ſubſequitur, de non corrumpendo barbae angulo, demonſtraremus facile, niſi nobis ad virginum redeundum eſſet tonſuram, cujus ratio amplius obſcura poteſt eſſe nemini. Quod ſi enim ſemper utque gentium ubique ritu hoc ſignificatum eſt, vota jam eſſe perſoluta, idem indicaſſe ſponſas crinium poſitione, quominus concludamus, nihil nos moratur.

Aliena quamvis a ſanctiſſimis nuptiarum facibus, quas qualicunque hac ſcriptiuncula celebrare inſtituimus, cenſeri poterat de puerperarum cum numine, tum ſacris diſſertatio: tamen, quoniam Λυσίζωνον etiam propterea dictam ſupra accepimus Dianam, quod praeeſſe partui & a parturientibus colenda credebatur; oportet nos & haſce luſtrare antiquitates, ne quid earum rerum, ad materiae hujus explicationem pertinentium, reliquiſſe intactum videamur. Modum autem dicendi finemque jamjam facturi conſulto negligemus, quae praeciſe huc non ſpectant. Numeramus in his ſacrificia, partus facienda tempore. Et jure ſuperſedemus hac pertractatione, quoniam eadem paene, quae de ſacris nuptialibus modo ſumus commentati, heic eſſent repetenda. Habebat Diana Λυσίζωνος Athenis fanum, in quo, primum quae enixae erant partum, cingulos deae figebant, APOLLONII interpretes vetuſti (b): ΛΥΟΥΣΙ τὰς ΖΩΝΑΣ αἱ πρώτως ΤΙΚΤΟΥΣΑΙ, καὶ ΑΡΤΕΜΙΔΙ ἀνατιθέασιν· ὅθεν καὶ Λυσιζώνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. *PRIMIPARAE matres CINGVLOS figunt DIANAE: unde etiam eſt Athenis Solvizoniae Dianae templum.* Dianae ſub diverſis Λυσιζώνου & Εἰλειθυίας cognominibus idem puerperis ſuccurrendi tribuerunt antiqui homines officium. Quod ſi ita eſt, in quanam Athenarum regione ſitum fuerit delubrum, facili inveniemus opera. A Prytaneo ad urbis inferiora progredientibus, non procul a fano Serapidis & illo loco, ubi Theſeus & Pirithous, foedere initio, profecti erant Lacedaemonem, occurrebat. Ibi enim, ſcribit PAVSANIAS (c), ᾠκοδόμητο ναὸς Εἰλειθυίας, *exſtructum erat Lucinae templum.* Idem in ſequentibus Lucinae hujus habitum, & a quibus ipſi ſtatuae dedicatae fuerint, indicat. Μόνοις Ἀθηναίοις τῆς ΕΙΛΕΙΘΥΙΑΣ ΚΕΚΑΛΥΠΤΑΙ τὰ ξόανα ἐς ΑΚΡΟΥΣ τοὺς ΠΟΔΑΣ. τὰ μὲν δὴ δύο εἶναι κρητικά, καὶ ΦΑΙΔΡΑΣ ἀναθήματα

ἔλεγον

(b) Ad *Argonautic.* lib. I. v. 287.

(c) In *Atticis* cap. XIIX. p. 42.

ἔλεγον αἱ γυναῖκες. τὸ δὲ ἀρχαιότατον ΕΡΥΣΙΧΘΟΝΑ ἐκ Δήλου κομίσαι. *Soli Athenienſes ſigna LVCINAE uſque ad IMOS PEDES VELANT. Eorum duo e Creta advecta PHAEDRAM dedicaſſe; tertium omnium antiquiſſimum ab ERYSICHTHONE e Delo deportatum, feminae ajebant.* Quemadmodum habitus hujus, ad usque talos demiſſi, ratio arceſſi debet ex puerperarum ſeſe veſtiendi conſuetudine, adumbrata in tabula figulina apud IAC. PHIL. TOMASINVM (d): ita Pauſanias, quum iſtum Lucinae amictum ſolis Athenienſibus fuiſſe proprium dicit, ſibi ipſi contradicit, infra eadem de Aegienſibus dum narrat (e). Αἰγιεῦσι, inquit, Εἰλειθύιας ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ἡ ΕΙΛΕΙΘΥΙΑ ἐς ΑΚΡΟΥΣ ἐκ κεφαλῆς ΤΟΥΣ ΠΟΔΑΣ ὑφάσματι ΚΕΚΑΛΥΠΤΑΙ λεπτῷ, *Aegienſes habent vetuſtum Lucinae fanum. Deae ſignum a vertice ad calcem tenui lineo velatum eſt.* Athenis quotidie gravidas ad illud conveniſſe templum, pro felici fortaſſis partu facturae vota, parum abeſt, quin credam. PLATO ſane, qui haud rarenter in libris ſuis de *legibus* reſpicit Athenienſium inſtituta, ſanxit, ut mulieres (f) πρὸς τὸ τῆς ΕΙΛΗΘΥΙΑΣ ΙΕΡΟΝ ΕΚΑΣΤΗΣ ἡμέρας ΞΥΛΛΕΓΟΜΕΝΑΙ μέχρι τρίτου μέρους ὥρας, *QVOTIDIE congregentur in LVCINAE DELVBRO tertiam horae partem commoraturae.* Praeterea idem moris quoque erat in Hermionenſium civitate. PAVSANIAS (g): Πρὸς τὴν πύλην Εἰλειθύιας ἐστιν ἐντὸς τοῦ τείχους ἱερόν ἄλλως μὲν δὴ κατὰ ΗΜΕΡΑΝ ΕΚΑΣΤΗΝ καὶ θυσίαις καὶ θυμιάμασι μεγάλως τὴν θεὸν ΙΛΑΣΚΟΝΤΑΙ, καὶ ἀναθήματα δίδοται πλεῖστα τῇ Εἰλειθυίᾳ· τὸ δὲ ἄγαλμα οὐδενί, πλὴν εἰ μὴ ἄρα ταῖς ἱερείαις ἐστιν ἰδεῖν. *Ad portam in pomoerio interiore eſt Lucinae fanum. Deam QVOTIDIE ſumma cum religione, cum hoſtiis, tum odoribus ac donis quam plurimis VENERANTVR: ejus tamen ſignum nemini omnino, praeterquam iis, quae rem divinam faciunt, feminis conſpicere fas eſt.* Partus vero quum inſtaret, precibus votisque Lucinae impetrandum erat auxilium. Ter fuiſſe invocatam, dicit HORATIVS (h):

Montium cuſtos nemorumque virgo
Quae laborantes utero puellas
TER VOCATA audis.

Immo

(d) De *donariis* cap. 14. Addantur THOM. BARTHOLINI *antiquitat. veteris puerperii* pag. 21.

(e) In *Achaicis* cap. XXIII. p. 582.

(f) De *legibus* lib. VI. pag. 876.

(g) In *Corinthiac.* cap. XXXV. p. 196.

(h) *Carmin.* lib. III. od. 22. v. 1.

Immo nonnunquam ſepties. NONNVS (i):

'ΕΠΤΑΚΙΣ Ἐιλείθυιαν ἐπὶ ΚΑΛΕΣΑΣΑ λοχείῃ.

SEPTIES Ilithyan ſuo VOCANS partui.

Quodſi exaudiſſet preces ſervaſſetque cum infante puerperam, zonae, ut audivimus, tanquam gratae mentis ſignum ei figebantur. Nec cinguli ſoli, ſed veſtimenta omnia. Critici ad CALLIMACHVM (k): Τικτομένων τῶν βρεφῶν ΑΝΕΤΙΘΕΣΑΝ τὰ 'ΙΜΑΤΙΑ τῇ Ἀρτέμιδι. *Natis infantibus SVSPENDVNT Dianae VESTIMENTA.* Vt eorundem criticorum &, qui ipſis aſſentitur, IO. MEVRSII (l) fert opinio, ab hac veſtium dedicatione Diana traxit cognomen χιτώνης, quod & apud CALLIMACHVM gerit, & in lapide vetuſto obvium eſt apud IAN. GRVTERVM (m):

VIRGIN. CHITONE
SACRVM
C. CARTILIVS. C. L. HE
CESIAS. ET. C. CARTILIVS. C. L.
FVSCVS. ET. CARTILIA
Ɔ. L. FATIDIA. MATER
STATVAM. EX. AERE
CONLOC.
V. S. L. M.

Malim autem nominis hujus rationem cum EZ. SPANHEMIO (n) a venatorio habitu, quo paſſim in numis caelatam cernimus Dianam, arceſſere, aut, quod magis placet, a χιτώνῃ, antiquo Atticae pago (o). Potuit vero & ab hac veſtium conſecratione derivari puerperarum praeſidis cognomen, Λυσιζώνος; quandoquidem ζώνη omnem ſubinde ſignificat veſtitum. Dudum id obſervavit quidem PETR. MOLL (p): ſed, quae attulit, exempla a re propoſita

(i) *Dionyſiac.* lib. I.

(k) Ad *hymn. in Iovem* v. 77.

(l) In *ſyntagmat. de puerperio* cap. 6.

(m) Pag. XL. num. 11.

(n) *Comment. ad Callimach.* l. c. p. 33.

(o) Vid. IAC. SPONII *itinerarium* Tom. II. pag. 480.

(p) In *animadverſionibus ad Longi paſtoralia* pag. 9.

poſita omnino ſunt ſejuncta. Neque tamen deſunt, quae haud dubie hunc ſynecdochicum vocabuli ſignificatum probant. PHILOSTRATVS (q): Ἃς ἐπέδωκε τῇ ἀδελφῇ ὁ βασιλεὺς εἰς ΖΩΝΗΝ. *Quas rex ei donarat, quae VESTIMENTA ei praeberet.* ATHENAEVS (r): Γῆς Ἀντύλλας πόλεως φόρους οἱ τότε βασιλεῖς, Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι, ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ΖΩΝΑΣ. *Vrbis Antyllae reditum Aegyptiorum Perſarumque reges ad VESTIVM impenſas uxoribus dabant.* Vtrique enim eſt ſermo de illa Perſarum conſuetudine, a BARN. BRISSONIO explanata (s), qua reginis certae quaedam attribuebantur regiones, ex quibus veſtimenta haberent. Veſtiendi quoque acceptione legitur in ſacro codice περιζώννυμι (t); ſicuti etiam *cinctus* vocabulo, omnem veſtitum habitumque indicaſſe Romanos, animadvertit CASP. BARTHIVS (u). Labore hoc defungi quum feſtino, relegoque Graecorum teſtimonia, a nobis vocata in ſubſidium, animadverto Λυσίζωνον, quatenus adorata olim eſt, ut puerperarum numen tutelare, plerumque nominari Εἰλείθυιαν. Recordatus Hebraeorum decantatae ſtrigis, לילית, in ſuſpicionem ſtatim mihi venit, hanc inter & Dianam noſtram fortaſſis nihil eſſe diſcriminis. Confirmatus in hac ſententia ſum, quum reminiſcendo recognoſcerem diu ante jam IO. SELDENVM (x) ita eſſe opinatum. Ad nominis autem quod attinet derivationem, non poſſum non cum doctiſſimo Anglo diſſentire. Traductam putat לילית ex Arabum vel, quod idem fere eſt, Hebraeorum לילה, quaſi *Noctiluca* l. *nocturnum* eſſet *daemonium*. Quantumvis permagna eſt utriusque vocis, convenientia: tamen animum induco, Seldenum perinde non eſſe audiendum, ac Iudaicorum doctorum abſona eſt etymologia, quum לילית arceſſunt a הליל, aut יללה, *ejulatu* & *lamentatione* (y). Ad eam vero amplectendam ſententiam, לילית nimirum origines ſuas debere Graecorum Εἰλειθυίᾳ, appuli propterea animum, quod veritati perſimile eſt, ejusdem cultum a graece loquentibus ad Iudaeos non ſecus manaſſe ac omnis idolorum cultus, in occidente agrisque

(q) De *vita Apollonii Tyanenſis* lib. II. cap. 31.

(r) *Deipnoſophiſt.* lib. I. pag. 33. ima.

(s) De *regio Perſarum principatu* lib. I. pag. 76.

(t) *Actor.* XII. 8. Conf. CLAVD. SALMASIVS in *Tertullianum de pallio* p. 72.

(u) Ad *Statii Thebaid.* lib. VI. Tom. III. pag. 371.

(x) De *diis Syris* ſyntagm. II. pag. 249. ſeq.

(y) Vid. ילקוט חדש fol. 108. col. 3. edit. Amſt. 1659. in 4.

que Graeciae natus, poſtea invaſit orientales regiones. Equidem ita pronunciando a communi ſententia facio diſſenſionem. Plerique, auctoritatem ſecuti HERODOTI (z), ex provinciis orientalibus, & in primis ab Aegyptiis, deos, & aras, & ſimulachra, & delubra Graeciae accepiſſe incolas, profitentur. At, ſecus eveniſſe, hosque potius orientis infeciſſe populos ſuperſtitione, antiquiſſima memoriae produnt monumenta. Notiſſimam illam de diis, ex Graecia in Aegyptum confugientibus, intelligo narrationem, ab APOLLODORO (a), ANTONIO LIBERALI (b) & ſexcentis aliis, a PETR. BVRMANNO (c) plena allatis manu, expoſitam; quam a poetis haud eſſe confictam, tanto habemus exploratius, quo majoris ponderis aeſtimari debet LVCIANI (d), Aegypti Procuratoris, auctoritas, diſerte teſtantis, eadem ſe ex ſcribis prophetisque Aegyptiorum audiiſſe. Neque erit, credo, quisquam, qui ſub fabuloſo illo cortice veritatis nihil abſconditum, affirmaverit: &, ſi qui erunt fortaſſis, iis, deo vitam viresque largiente, olim omnem eximemus ſcrupulum. Vniverſus autem inanis deorum religio, in Graecia concepta, ſi invaſit nationes ſolem ſpectantes orientem: idem dicamus neceſſe eſt de Ἐιλειθύιας noſtrae veneratione. Vel ipſa nominis hujus cum Hebraeorum לילית convenientia causſam quodammodo noſtram tuetur. Perexigua ſane ſoni eſt differentia. Et, quod eſt inter duas has voces diſcriminis, illud plerumque obſervatur in vocabulis, quae ex una in aliam migrarunt linguam. Innumera fere producere poterit hujus rei exempla, qui priſcam orbis deſcriptionem & hodiernam Geographiam contendere placebit. Ita, *Gyarus*, ex Cycladibus una quae olim dicebatur, hodie Turcis audit *Iura*. Iisdem, antiqua urbs Aſiae minoris, *Metropolis*, nunc *Turbale*, & *Clazomene*, appellatur *Kelisman*. Non ſolum autem quoad nomen, ſed etiam rem ipſam eadem eſt הלילית cum Diana Ἐιλειθύια. Illam inhabitare credebant Iudaei loca, ubi ferarum concluſus, i. e. montes nemoraque. Vates ESAIAS (e): ופגשו ציים את איים ושעיר על רעהו יקרא אך שם הרגיעה לילית ומצאה לה מנוח.

Concurrent

(z) In *Euterpe* cap. 4.

(a) *Bibliothec.* lib. I. cap. 6. §. 3.

(b) In *Transformat.* cap. 28.

(c) Ad *Metamorph. Ovidii* lib. V. v. 320.

(d) De *ſacrificiis* T. III. Opp. p. 93.

(e) Cap. XXXIV. 14.

Concurrent fera animalia cum terrifico, & ſcops proximo ſuo acclamabit, tantum ibi reſidet Lilith, invenietque ſibi quietis locum. Vnum & idem de Diana perhibent gentiles. Loca ſylveſtria eam inhabitare, qui teſtantur, eorum ſunt haud pauci. EVRIPIDES (f):

Χλωρὰν δ' ἂν ΥΛΗΝ παρθένῳ ξυνῶν ἀεί.

In viridi SYLVA ſemper verſans cum virgine.

VIRGILIVS (g):

Alma tibi hanc NEMORVM cultrix LATONIA.

Hac de cauſſa non ſolum *Nemorenſis* (h) nominatur & *Nemorum decus* (i), ſed erigebantur quoque ei in campis ſylvisque arae, ſtatuae & templa, cujus moris auctores habeo PHILOSTRATVM (k) & OVIDIVM (l). Nec minus frequenter in montibus verſari credebatur. HOMERVS (m):

Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' ΟΥΡΕΟΣ ἰοχέαιρα.

Qualis autem Diana incedit per MONTEM ſagittis gaudens.

Adeo amoenae in collibus ipſi credebantur commorationes, ut ὀρείας inde conſequeretur cognomen (n). Porro Judaei de לילית fabulantur (o), שלא נבראת אלא להחליש התינוקות, *eam non eſſe creatam alium in finem, quam ut infantes debilitaret recens natos.* Hac opinione in tantum hodieque adducuntur metum Iudaei, ut eorum facile reperias neminem, quin ſtrigis hujus abigendae ergo, ſimulac enixa eſt mulier partum, illico in parietibus conclavis hinc & illinc inſcribat: אדם חוה חוץ לילית, *Adam & Chava:*

(f) In *Hippolyto* v. 17.

(g) *Aeneid.* lib. XI. v. 558.

(h) Vid. I. GRVTERI *corpus inſcript.* p. XXXIX. num. 8.

(i) Apud I. SPONIVM in *Miſcell. erudit. antiq.* pag. 88.

(k) *Icon.* lib. I. pag. 805.

(l) *Art. Amand.* lib. I. v. 259.

(m) *Odyſſ.* VI. 101.

(n) Vid. EVRIPIDIS *Helena* v. 1317.

(o) ספר בן סירא fol. 9. col. 2. edit. Amſt. 1697.

va: apage te, Lilith, additis trium angelorum, arti ſalutari-praefectorum, nominibus, סנוי, סנסנוי, סמנגלוף, *Senoi, Sanſenoi, Sammangeloph.* Qui ditiores ſunt in recutita natione formulam eandem, ſed majori inſtructam apparatu typisque expreſſam, in eo, quo decumbit puerpera, loco ſueverunt affigere. Hujus generis eſt non inelegans ſchema, quod lectorum heic ſiſtimus oculis



Neque vero minus reformidabant uxores Graecae Eileithyiam. PAVSANIAS (p): Ἄρτεμιν ΓΥΝΑΙΚΩΝ ὠδῖσιν ΦΟΒΕΡΑΝ. *Dianam FEMINIS parturientibus eſſe TIMENDAM.* Immo, adeo crudelem ſibi eam fingebant, ut cum ſaeviente comparaverint leone. HOMERVS (q):

ἐπεὶ

(p) In *Meſſenicis* cap. XXXI p. 354.

(q) *Iliad.* Φ'. 483.

- - - Ἐπεί σε ΛΕΟΝΤΑ γυναιξὶ
Ζεὺς θῆκεν, καὶ ἔδωκε ΚΑΤΑΚΤΑΜΕΝ' ἥν κ' ἐθέλῃσθα.

- - - Nam te LEONEM mulieribus
Iupiter conſtituit, & dedit INTERFICERE quamcunque velis.

Quem loquendi modum, etiam apud NONNVM (r) obvium, haud inſcite contuleris Petrinae phraſi (s): *Διάβολος, ὡς ΛΕΩΝ ὠρυόμενος, περιπατεῖ ζητῶν τίνα* ΚΑΤΑΠΙῌ. *Spiritus impurus ut leo mugiens obambulat & quem abſorbeat, quaerit.* Scribunt denique de Lilith Talmudici (t): אסור לישן בבית יחידי וכל הישן בבית יחידי אחזתו לילית *Non licet cuiquam in domo ſola dormire: qui ſecus facit, ei nocebit Lilith.* Ita quoque Dianam terribilem & humano generi noxiam reputaſſe gentiles nemo ibit inficias, cui, quae hac de re commentantur EVSTATHIVS (u), IAC. MARTINVS (x) & IO. GEORG. KEISLERVS (y), volupe erit legere. Poſtremo, quem notiſſima de Dianae & Endymionis amoribus non praeterit fabula (z), facili negotio hariolabitur, unde hauſerint Iudaei, quae de Lilith, impure & flagitioſe cum hominibus vivente, ex ipſorum libellis IO. ANDR. EISENMENGERVS (a) excerpſit.

Habes ita, VIR ILLVSTRIS, de Citeria Diana diſputationem bene longam: utinam ſic quoque elimatam habere perpolitamque, ut ſine rubore in Tuum prodire poſſet conſpectum. Verum, ſicuti naevis, quibus opellam hanc commaculavit properantia, pro inſigni Tua facilitate dabis veniam: ita tandem venio illuc, unde hujus quicquid eſt commentarioli excudendi anſam captavi; ad gratulandi nempe officium preceſque, pro Tua Tuorumque omnigena & perenni felicitate ardentiſſimo pectore fundendas. Equidem dum ad gratandum me expedio, uberrima ultro ſeſe circumſpicienti mihi offert congratulandi

(r) *Dionyſiac.* lib. XXXVI. v. 65.

(s) 1 Petr. V, 8.

(t) In *Tract. Schabbath* fol. 151. col. 2.

(u) Ad *Iliad.* υ. pag. 1268. 1269.

(x) De *religione veterum Gallorum* Tom. II pag. 63.

(y) In *antiquitatibus ſeptentrionalibus & Celticis* pag. 498. ſeq.


(z) Hanc fabulam qui & narrant & interpretantur citatos videbis a IO. DAVISIO *ad Ciceronis diſputat. Tuſcul.* pag. 92.

(a) In *Iudaiſmo detecto* Part. II. pag. 426. ſeq.

di materies. Nam ſummi rectoris numen maximum TIBI eum proſpexit generum, qui ſuo magis merito, quam fortunae beneficio cenſetur habeturque optimus, virtutum conſcientia & fama juxta beatus, quippe pius in Deum, hominibus aequus, florentiſſimus laude humanitatis. Novi me ab inſana favorem gratiamque hominum eblandiendi libidine ita alienum, ut qui maxime. Quapropter non eſt, quod verear, ne aſſentationis poſtuler crimine, dum, quae viro optimo debentur, ampliſſima encomia paucis heic complexus ſum verbis. Et, quamquam, Tuo, MAECENAS INDVLGENTISSIME, genero gratiſſimi animi officioſa ſtudia diu debuiſſe libenter profiteor, &, ut praeſtem, anniſurus ſum ſemper: tamen, probe gnarus inania lenociniorum verba neutiquam comprehendi gratiarum nomine, nihil de ipſius dixiſſem laudibus, niſi communi omnium conſenſu iisdem exiſtimaretur digniſſimus. Vir itaque ille, in quo invidiam ipſam agnoſcere oportet virtutis ornamenta, in Tuam ſplendidiſſimam quum cooptatur familiam: habeo, VIR AMPLISSIME, quod prolixe TIBI gratuler de genero maximis ſoceris digniſſimo. Vehementer quoque conjuge amabiliſſimo gratulor SPONSAE ORNATISSIMAE, cui pietate & prudentia antefertur nulla, paucae putantur pares. Sunt, qui perſpectum eſſe ajunt, virgines in ſacra ſcriptura obviam habentibus proſpere ex voto ceſſiſſe omnia. Equidem, veracesne ſint, qui ita perhibent, ignoro. Illud autem me fugit minime, fieri non poſſe aliter, quin beatiſſimi vivant, quibus, ſicuti NOBILISSIMO SPONSO, conjux obtingit ex gente prognata, omnibus virtutis numeris divite. Gratulatione igitur obſervantiſſima mihi quoque eſt celebrandra VIRI SPECTATIMI felicitas, quum conjugem accipit, tanto parente, tantisque nobilitatam dotibus. Attamen votorum circumſpicienti argumentum haeret aqua. Ita omnem mihi praeciſam invenio materiam. Optemne, ut felicibus auſpiciis ineant matrimonium jamjam ſacra jungendi copula? Nuptias, pietate dignitateque conſociatas, neceſſe eſt evenire quam fortunatiſſimas. An fortunae ipſis impetrare ſtudeam favores & animum ab omni ſollicitudine vacuum, quo praecipua humanae felicitatis pars abſolvitur? Hoc quum gaudeant, qui, in rerum omnium conſtituti abundantia, quicquid agunt, prudenter agunt; hujusmodi quid apprecando actum agerem; ſiquidem utrumque poſſident noviter nupti. Vnicum tamen quod exoptem, mihi relictum eſt, ut fortunam ſemper experiantur ſtabilem firmamque. Ita enim varia volubilisque rerum humanarum eſt ratio, ut ne quidem & animo, & con-

ſilio

ſilio paratiſſimus fortunam poſſit ab inconſtantia & temeritate ſejungere. Vt vero novi conjuges, nullis exagitati tempeſtatibus, in Tuum, VIR ILLVSTRIS, oblectamentum, in rebus proſperis & ad voluntatem fluentibus omnem degant vitam, ad ſeros usque protrahendam annos, Deum T. O. M. deſinam precari nunquam. Iidem praepotenti numini piiſſima vota facio, qui Tuam, PATRONE BENIGNISSIME, gloriam ingenti incremento cumulari, valetudinem ſalvam conſervari incolumemque ac annos non niſi cum extremo vitae humanae termino conſummari propitius indulgeat, ut publicae ſaluti fulcimentum, ILLVSTRI GENTI ſolatium, clientibus adſis defenſor quam diutiſſime. Ita vale, VIR MAXIME, Tuumque mihi, uti hactenus feciſti, ita in poſterum quoque, ubi commeruero, conſerves, quaeſo, favorem. Scribeb. Hamburgi ad d. XVIII. Iunii cIɔ Iɔccxxxv.








ΔΗΜΟϹΘΕΝΗϹ

LETTRE

DE M. L'ABBÉ

WINCKELMANN,

ANTIQUAIRE DE SA SAINTETÉ,

A MONSIEUR

LE COMTE DE BRÜHL,

CHAMBELLAN DU ROI DE POLOGNE,

ELECTEUR DE SAXE,

SUR LES DÉCOUVERTES D'HERCULANUM.

Traduit de l'Allemand.



A DRESDE;

& ſe trouve à Paris,

Chez N. M. TILLIARD, quai des Auguſtins, à S. Benoît.


M. DCC. LXIV.

AVIS DE L'IMPRIMEUR.

AYANT appris que M. l'Abbé Winckelmann, Antiquaire de Sa Sainteté, qui jouit préſentement à Rome d'une aſſez grande réputation, avoit fait imprimer à Dreſde une Lettre qu'il avoit écrite au fils de feu M. le Comte de Brühl, depuis le retour de ſon voyage d'Italie, dans laquelle il lui remettoit ſous les yeux les Antiquités de toute eſpèce, dont on a fait la découverte à Herculanum; l'on m'a conſeillé d'en faire venir un Exemplaire; mais comme cette Lettre s'eſt trouvée écrite en Allemand, dans une langue qui ne nous eſt pas familière: j'ai été obligé de la faire traduire en François, & je l'offre au Public, après que des perſonnes également verſées dans les arts & dans la connoiſſance de la ſcience de l'Antiquité, ont bien voulu prendre la peine de revoir la traduction, d'en corriger le ſtyle, en vûe de le rendre ſimplement intelligible: & d'y ajoûter quelques remarques en forme de notes. Je n'ai rien négligé de tout ce qui pouvoit contribuer à la perfection de l'Ouvrage: j'ai fait copier avec exactitude les trois planches gravées qui décorent l'original, & juſqu'à certains caractères ſingulierement conformés, qui entrent dans quelques inſcriptions. Si j'en dois juger par l'empreſſement avec lequel on a lû tout ce qui a été

écrit juſqu'à préſent ſur le ſujet qu'embraſſe cette Lettre, & par la ſatisfaction qu'ont donnée les trois premiers volumes des Peintures d'Herculanum, qu'a fait publier Sa Majeſté Catholique, avec une magnificence toute Royale, j'oſe me promettre que le Public me tiendra compte de mes ſoins. Je crois qu'il ne lira pas ſans plaiſir un Ouvrage, qui contient des détails plus circonſtanciés qu'aucuns de ceux dans leſquels on étoit encore entré, & un récit fidele de tout ce qui s'eſt fait & paſſé avant que de parvenir à l'importante découverte d'Herculanum, & de pluſieurs autres lieux importans des environs. Perſonne aſſurément ne les a mieux vûs, ni mieux expliqués que l'Auteur dont je donne l'Ouvrage.

*On invite les Perſonnes qui liront cette Lettre, de vouloir bien jetter auparavant les yeux ſur l'*Errata *qui eſt à la fin.*



LETTRE
SUR LES DECOUVERTES DE HERCULANUM.

MONSIEUR,

Ayant eu l'honneur de vous accompagner dans le voyage que vous fîtes de Rome à Naples pendant le Carnaval de 1762, j'ai réſolu de jetter ſur le papier quelques obſervations ſur les Curioſités que vous avez vûes au Cabinet Royal de Portici, ſoit pour vous rappeller le ſouvenir de ce qu'il contient de plus

remarquable, ſoit pour inſtruire d'autres Voyageurs, qui dans un ſéjour de peu de durée ne peuvent tout examiner avec l'attention néceſſaire.

Je me ſuis trouvé plus à portée que perſonne d'examiner ces précieux Tréſors de l'Antiquité, lors de mon premier voyage à Portici : j'y paſſai alors près de deux mois. Le Roi voulut bien ordonner, qu'on me montrât tout ce qu'il étoit permis de voir, & de la maniere la plus commode. J'ai profité le plus qu'il m'a été poſſible de cette faveur ; & j'ai paſſé des journées entières dans ce riche Cabinet. Vous ſçavez, Monſieur, que pendant les trois ſemaines, que nous ſommes reſtés à Naples, je me rendois preſque tous les jours à Portici : d'ailleurs M. *Camillo Paderni*, Garde de ce Cabinet, & mon intime ami, m'a donné toutes les facilités poſſibles de ſatisfaire ma curioſité, & j'en ai profité comme ſi j'euſſe été le propriétaire de ce Cabinet.

Je ſuis aſſuré que vous recevrez cette Lettre, que j'ai l'honneur de vous adreſſer, avec les mêmes bontés que vous avez tant de fois témoignées à ſon Auteur. Dans cette confiance, j'ai paſſé les bornes ordinaires d'une Lettre : je me flatte que ce procédé doit vous paroître d'autant plus excuſable, que les détails dans leſquels je vais entrer, ſont également intéreſſans & inconnus ; & que c'eſt à vous que le Public en aura l'obligation, puiſque vous y aurez donné occaſion.

Comme il ne me ſeroit pas poſſible de tout dire, je me contenterai de parcourir ce qu'il y a de plus curieux ; je paſſerai même ſous ſilence les objets que j'ai déjà traités dans mon *Hiſtoire de l'Art chez les Anciens* [a], concernant les anciennes Peintures & Statues qui ſe trouvent dans ce Cabinet. Je citerai quelquefois l'Ouvrage qu'a compoſé M. *Martorelli*, Profeſſeur en Langue Grecque au Seminaire de la Cathédrale de Naples, ſous le titre : *De Regia Theca Calamaria*. Ce Sçavant obtint la permiſſion de compoſer un ouvrage ſur un Encrier antique de bronze,

[a] Cet Ouvrage qui étoit ſous Preſſe lorſque M. Winckelman écrivoit cette lettre, eſt actuellement au jour.

que l'on conſerve à Portici, mais qui n'a pas été trouvé dans les fouilles dont on eſt actuellement occupé. Cet Encrier de forme octogone préſente ſur chacune de ſes faces une Divinité incruſtée en argent : l'Auteur prend ces Divinités pour des Planetes ; & comme l'occaſion lui a paru favorable pour faire parade de ſon érudition, il s'eſt jetté dans le vaſte champ que lui ouvroient les Divinités Fabuleuſes : il fait des excurſions ſur la Mythologie & ſur l'Aſtronomie des Anciens ; tout ce qu'il eſt poſſible de dire ſur l'Encre, ſur les Plumes, ſur l'Ecriture, & ſur les Livres des Anciens, M. *Martorelli* le dit. Mais l'Auteur ayant critiqué mal à propos & d'une façon indécente, le reſpectable *Mazocchi*, âgé de plus de 80 ans, & l'ornement des Sçavans d'Italie ; la publication de l'Ouvrage fut arrêtée au moment même qu'on imprimoit la derniere feuille, & l'Auteur eut ordre de ne le communiquer à perſonne hors de chez lui. Cependant j'ai eu l'avantage de parcourir cette Production ; & je donnerai dans l'occaſion les Remarques & les Corrections que j'y ai faites. L'Ouvrage conſiſte en 734 pages, avec un avis, des additions & trois Tables détaillées qui contiennent 88 pages d'un grand in-quarto.

Je me propoſe de traiter dans cette Lettre, 1° des lieux qui ont été enſévelis par le Véſuve ; 2° de l'attériſſement même ; 3° des Découvertes, & des procédés qu'on a tenus pour y parvenir, & enfin dans la dernière Partie, je communiquerai mes Remarques ſur les Découvertes mêmes.

PREMIERE PARTIE.

IL eſt eſſentiel d'indiquer d'abord la poſition des lieux enſévelis par le Véſuve, tels qu'*Herculanum*, *Pompeji* & *Stabia* ; cela eſt d'autant plus néceſſaire, que l'examen de cette poſition me donnera occaſion de remarquer les erreurs de pluſieurs Auteurs ; du reſte on peut conſulter les ouvrages connus, ſi l'on deſire d'en ſçavoir davantage.

Herculanum, dit Strabon, étoit ſitué ſur une langue de terre, qui s'avançoit dans la mer, & qui étoit expoſée au vent d'Afrique (*Sciroco*). Le mot ἄκρα ne peut pas plus ſignifier ici un Promontoire que dans le paſſage où il eſt employé pour déſigner les trois Pointes de la Sicile. Je crois donc avoir ſaiſi la vraie ſignification de ce mot, ſur laquelle les Ecrivains tant anciens que modernes ſe ſont trompés, parce qu'ils ignoroient la poſition des lieux. *Cluvier* a très-bien relevé cette mépriſe dans les Poëtes anciens qui, en parlant des trois Pointes de la Sicile, les annoncent comme autant de Promontoires. Le rivage près de Reggio en Calâbre, eſt auſſi uni que celui que la Sicile préſente ſur la côte oppoſée, où étoit ſitué *Pelorus*, & les montagnes ne s'élevent qu'à quelques milles loin du rivage. Le mot ἄκρα ſignifie donc ce que les Italiens nomment *Capo*. Ils appellent *Capo d'Anzo*, le lieu où étoit l'ancienne *Antium*, qui n'eſt point un Promontoire, mais un rivage plat & uni. Quant au Promontoire de Circé, qui eſt ſitué entre le lieu dont nous venons de parler, & *Terracina*, comme c'eſt un Roc élevé, il ne s'appelle point *Capo*, mais *Monte-Circello*.

Ce qui me donne occaſion de faire cette remarque & de donner cette explication, c'eſt le doute de M. *Martorelli* ſur le paſſage de Strabon. Le ſçavant Neapolitain, qui prend le mot ἄκρα dans ſa ſignification ordinaire d'un Promontoire, veut trouver ici le Texte de Strabon défectueux, parce que l'ancienne Herculanum n'a pû être ſituée ſur un Promontoire, & il prend la liberté de mettre μακράν au lieu d'ἄκραν. Ainſi il traduit φρούριον μακρὰν ἔχον, *oppidum in ipſa littoris longitudine ſitum*; & il regarde le mot comme ſubſtantif & abſolu, ce qui n'a point d'exemple, car il n'a pû appuyer cette licence ſur aucun paſſage; il lui ſuffit de dire, que cette façon de parler eſt connue même de ceux qui commencent à apprendre la langue Grecque. Je crois être à cet égard quelque choſe de plus qu'un

Commençant ; cependant je ne me ſouviens pas d'avoir jamais vû le mot μακρὸς employé dans le ſens que lui donne M. *Martorelli.*

Le rivage ſur lequel l'ancienne Herculanum étoit bâtie, s'étendoit comme une langue de terre dans la mer ; c'eſt-à-dire, que c'étoit un Cap. C'eſt le ſentiment de Strabon, qui ne prétend nullement parler de Promontoire. C'eſt ce que prouve encore aujourd'hui le ſeul aſpect du local. Car *Portici* & *Reſina,* bâties l'une & l'autre au-deſſus de la Ville d'Herculanum, ſont preſque de niveau avec la mer, dont le rivage eſt uni & ſabloneux. Il s'en faut donc beaucoup que l'ancienne ville d'Herculanum ait jamais été bâtie ſur un terrein élevé, principalement ſi on fait attention à quelle profondeur cette ville eſt enfoncée ſous terre. Son Theâtre eſt à plus de cent palmes de profondeur, & on y arrive par cent degrés qui ont été pratiqués pour la commodité des travailleurs. Le beau pavé dont on a décoré la ſeconde chambre du Cabinet où ſe conſervent les Curioſités tirées de l'ancienne Herculanum, a été découvert ſous terre à cent deux palmes meſure de Naples. Ce pavé ſe trouvoit dans un petit logement ouvert (ce que les Italiens appellent *Loggia*) ſur une eſpece de baſtion, élevé de 25 palmes au-deſſus du rivage de la mer.

Il s'enſuit de-là qu'il faut que la mer ſe ſoit beaucoup élevée : cette opinion paroît d'abord ſingulière, mais ici, comme en Hollande, on en trouve la preuve : la mer ſur les côtes d'Hollande eſt manifeſtement plus haute que la terre ; ce qui ne devoit pas être autrefois ; car l'induſtrie humaine n'ayant pas encore preſcrit des limites à la mer, comment eût-il été poſſible de cultiver cette Province ? Mais, dira-t-on, l'ancienne Herculanum a pû s'affaiſſer dans le tremblement de terre; cette objection eſt détruite par les bâtimens mêmes qui ſont encore dans leur ancienne aſſiette ; d'ailleurs dans le tems que cette ville a éprouvé ce malheur, il n'eſt fait aucune mention de tremblemens de terre aſſez violens pour abîmer une ville entière. Et quand

cet événement ſeroit poſſible & vrai, il ſeroit arrivé avant l'éruption de la montagne, & par conſéquent les cendres n'auroient rien pû couvrir, car le tremblement de terre précede toujours l'éruption, & ne la ſuit jamais.

